BREUIS ET ACCURATA IURIS VTRIUSQUE DESCRIPTIO...

Germain Cousin

BREVIS ET ACCVRATA IVRIS VTRIVSQVE DESCRIPTIO.

In qua non solum Iuris Pontificij & Cæsarei structura proponitur, sed & singularum personarum officia tribus libris ex titulorum serie designantur.

GERMANO COVSINIO
in supremo senatu Franciæ Aduocato authore.

PARISIIS,
Apud CLAVDIVM RIGAVD Bibliopolam via D. Ioannis Lateranensis, & iuxta D. Michaëlis Sacellum in Palatio.

M. DC. IX.

CVM PRIVILEGIO.

AMPLISSIMO VIRO D. ANTONIO SEGVIERIO, Sacri Consistorij Consiliario, & in Senatu Franciæ Præsidi G. C. S. D.

QVEMADMODVM *ij, qui superbas regum & principum basilicas ingrediuntur. V. A. plerunque in ipso limine, rerum tum admirandarum, tum laudandarum multitudine adeò commouētur, vt quid primum intueri, quid suspicere, quid denique memoriæ commendare debeant, ipsi nesciāt, nec aliquam inde oblectationem referunt, nisi cùm quiescentibus animis singula ordine percurrere, & quæ in ijs eximia & polita sunt, contemplari licuerit. Ita his, qui augusta Iurisprudentiæ tem-*

pla salutãt, euenire videmus. Nam in ipso ingressu cùm immensam rerum varietatem, quæ in Iurisconsultorum responsis & Cæsarum edictis continetur, cum discrepantes formas, & diuersa tot virorum authoritate & doctrina præstantium inuenta sibi obuia conspiciunt, nihil vbi prius sistant, & suæ mentis aciem defigant, se posse reperire putant. At cum sedatis animis rem omnem, vti est, paulò attentius considerare cœperunt, permiram inde voluptatem consequuntur; siquidem ibi non solùm expressam antiquitatis effigiem, & veterum consuetudinem vitámque considerant, sed quod longe dignius & præstantius est, omnem vitæ rectè instituẽdæ rationem tribus præceptis conclusam sibi propositam agnoscũt, siue Deum spectent, siue ipsi secum, siue cum aliis agant. Nemo enim inficiabitur eos authoritate nutúque le-

gum doceri veram religionem amplecti, domitas habere libidines, parentes cœteróſque homines iuſtis officiis proſequi, beneficiis iuuare, & ab alienis mentes, oculos, manus abſtinere: vt meritò ipſa Iuriſprudentia, quæ omnes Iuſtitiæ fontes comprehendit, non modò diuinarum & humanarum rerum ſcientia, ſed & omnium ſciẽtiarum domina cenſeatur. Quam tanquam ab omnibus excolendam multi pergraues & eruditi viri variè deſcripſerunt, nonnulli ex certis duntaxat partibus veluti dimidiatam exhibentes, alij verò eam ex integra forma proponentes, non tamen ea ſpecie, quam Triboniano & ipſi Iuſtiniano probatam, & aliquot locis ab eis adũbratam videmus, vt qui in in ea depingenda ſingula quæque membra non aptè ſuis diſponant locis, nec partes generibus ſuis, ex quibus emanant, ſubiiciant. Hoc autem etſi pleriſque

non ſolum facultate aſſequi, ſed & cogitatione complecti difficile videatur, ſperandum tamen eſt effici
» poſſe. Interea ego, vt in aliis opuſcu-
» lis iamdudum à me editis hanc viam
» tenere conatus ſum, ita quoque in ipſa Iuriſprudentia ex ſuis titulis deſcribenda laborandum putaui, non tam perficiendi ſpe, quàm experiendi vo-
» luntate, & quod per varios Pontifi-
» cij & Cæſarei iuris libros diſperſum
» & diſſipatum videtur, ad ſua princi-
» pia reuocaui, & in tres libros redegi, vt quæ ad Diuinum ius pertinent,
» primo libro tribuantur: quæ humani
» & publici iuris ſunt, ſecundo contineantur: ea verò quæ ſunt priuati iu-
» ris, tertio relinquantur, mihi ſatis nunc eſſe exiſtimans, ſi digitum ad fontes, vnde vnum quodque hauriẽdum ſit, intendere, & aliorum animos ad faciliorem & vtiliorem viã parandam excitare poßim. Quod qui-

dem opusculun tibi V. A. dicatũ esse cupio, tanquam firmissimum perpetuæ meæ in te obseruantiæ monumẽtum, vt si benignior tui fauoris aura aspirauerit, ab omniũ inuidorum reprehensione securum sola tui æquissimi iudicij censura æstimetur. De te enim verè dici potest, quod in sacris libris legitur, Omnes à te expectant " sententiam, & intenti tacent ad cõ- " silium tuum, verbis tuis addere nihil " audent, & super illos stillat eloquium " tuum. Inde fiet, vt iuris studiosi, cùm te auspice id prodire senserint, non minimum hinc fructum se posse consequi sperent. VALE.

AD AVTHOREM
De ſua iuris vtriuſque deſcriptione.

PRudẽtes ſileant, ſileant oracula Iuris,
Hæc methodus verè dogmata Iuris habet.
Ius ſcribens, doctè miſces tu ſacra profanis,
Et ſcriptis cœlum ſubijcis, atque ſolũ.
Tu celeber, tu magnus eris: nam debita reddens
Iure tuum Iuris fama ſonabit opus.
Fallor, & in multo caligãt lumine ocelli:
Nam dici reſtat poſt tua ſcripta nihil.

P. BERGERON
Conſ. & Ref. Regius.

AD EVNDEM.

HÆc *Iuris structura, breui quæ corpore, mundo*
Æmula, legiferi conficit orbis opus,
Ordine congeriem miro componit, ab vno
Incipiens cœli Iure, deinde soli,
Ab mente ad corpus, diuûmque ab numine primo
Ad nostra humani pacta ministerij.
Mutua sic rerum iungit connexio caussas,
Sicque catenatus cũcta maritat amor:
Aurea Mæonidæ cælo sic ducta catena est,
Vt cælum iungat conciliétque solo:
Sic diuûm, sic iura hominũ, COVSINIVS, *vno*
Artifici nexu conciliante, ligat.

N. RICHELET,
Paris.

† v

AD LECTOREM

ALIVD ANAGRAMMA
Manu signo Iuris decus.

CAucaseos cythara mouit modulante rigores
Orphe⁹, & docta lenijt arte feras:
Iuris at Astræam nũc ducit ab æthere prudẽs,
Vt colat humanos, non abitura, lares;
Iustáq; perlibret geminæ moderamina lãcis,
Sydereæ reserans aurea regna domus.
Siue panomphæi teneant te sacra tonantis,
Seu caput excelsum nobile stemma beet,
Hunc tere, dum dubios minitantur tempora casus,
Librum, nec pereat tantus in orbe labor.
Purpureũ, legis sacros, ad culmen, honores
Addit, & inculti dirigit acta gregis.
Authoris tantũ, nomen tibi spirat, odorem
Nempe, MANV IVRIS diuite SIGNO DECVS.

D. C. D. C.

AD EVNDEM.

QVinque libris decies Iuris duo millia, plúsue,
  Qui cœpit, tenuit lata profũda fretis.
Additus vt Codex, noua lex, & Sacra reperta est,
  Erupêre iterum lata profunda fretis.
Hinc alij variè tentârunt cogere fluctus
  Alterius Iuris, nunc vtriusque simul.
Sed quia non proprijs omnes ex ordine partes
  Restituêre locis, vix bene cessit opus.
Non secus ac magnã ductu qui suspicit Arcton
  Vix classe appellens per mare sulcat aquas.
Sic satis hactenus es, Iuris studiose, vagatus:
  Iam breuis iste liber sit minor vrsa tibi;
Quo duce per vastũ pelagus non amplius erres:
  Tutior est reliquis quo breuitate minor.
Vtraque Iura tribus libris seruata coërcet,
  Et generi speciem continet appositam.
Quid dubitas ergo totum peruoluere librum?
  An cupis, vt probet hoc Iustinianus opus?
Ast olim, vt fama est, neque γεῖν, neque γράμματα norat.
  SEGVERVS poterit principis esse loco.
Quem decus Astrææ cultorum Gallicus orbis,
  Et doctrina simul prædicat & probitas.
Iudicat hos flores peramanos, iudicat ille.
  Quid dubitas? lector, num tibi iam satis est?

G. T.

AD EVNDEM.

Anagramma.

GERMANVS COVSINIVS

Ius in manu ſigno, decus.

DVM noua ſacrati narratur gloria Iuris,
Et mira legum conficis artis opus.
Te non immeritò laudat grauis ordo ſenatus,
Quẽ (venerande pater) ſemper honore colis.
Omnibus officium deſcribis codice paruo,
Quod velut in ſpeculo cernere quiſque poteſt.
In primis pura ſtatuis qua mente colendus
Qui regit altitonans numine cuncta ſuo.
Quali, poſt, animo debent in publica ferri
Qui non ingrati nomina ciuis habent.
Deinde refers, quàm ſit ſeruãdus amórq; fidéſq;
Inter priuatos, quos bona terra parit.
Sic magni, medij, parui decerpere fructus
Poſſunt maturos, quos tuus ardor alit.
Immenſus labor eſt, ſed dignus laude libellus,
Maxima tam ſtricto limite cùm teneat.
Si ſtultus ſpernat, ſapiens ſapiet ſapienda.
Saltem dic, SIGNO IVS *que* DECVS *que*
MANV.

ALEX. COVSINIVS
Authoris filius.

INDEX TITVLORVM LOCVM IN superiore descriptione continens.

A

B

c

B

C

D

A.

é

De

L

P

De pro-

P

E

G

H

I

Ius naturale

Q

Si cui

ā ā

T

V

FINIS.

SEQVENTES TITVLI IN DESCRIPTIONE prætermissi, sic restituendi sint.

Pag. 35. post lineam 18.

De monachis & ascetrijs. N. 133. coll. 10.

pag. 86. post lin. 11.

Vt de cætero commutationes Ecclesiasticarum rerum &c. N. 55. coll. 5. tit. 8.

pag. 166. post lin. 6.

DE REBVS *quæ vniuersitatis dicuntur.* CAP. VII.

pag. 180. post lin. 6.

De executoribus, & ijs qui conueniuntur. N. 96. coll. 7. tit. 7.

pag. 203. post lin. 16.

Vbi de criminibus agi oporteat. C. lib. 3. tit. 15.

pag. 205. post lin. 7.

De præsentibus reis. N. 69. cap. 2. coll. 5. tit. 20.

pag. 212. post lin. vlt.

Vt cum de appellatione cognosci-
tur. N. 115. coll. 8. tit. 12.

pag. 265. post lin. 5.

*Quintus per bonorum addictio-
nem,*

De eo, cui libertatis causa bona ad-
dicuntur. I. lib. 3. tit. 12.

pag. 288. post lin. 21.

De innominatis obligationibus.

CAP. XVI.

pag. 289. post lin. 8.

De obligationibus ex quasi contractu, & iis, quae ex delicto. CAP. XVII.

pag. 310. post lin. 24.

De L. Rhodia de iactu. D. lib. 14.
tit. 2.

ERRATA
in excudenda descriptione sic corrigenda.

Pagina.4.	linea.12.	authoritate
pag.13.	lin.11.	cap.10
pag.19.	lin.21.	archipresbyteri
pag.21.	lin.6.	parte
pag.23.	lin.13.	hospitalitatem
pag.27	lin.13.	ministrorum
pag.31.	lin.22.	coll.1.tit.5.
pag 33.	lin.9.	tit.3.
pag.40.	lin.5.	Dec.lib.2.tit.9.
pag.41.	lin.17.	siue
pag.54.	lin.16.	tit.8.
pag.60.	lin.9.	tit.11.
	lin.18.	1.qu.1.
pag.69.	lin.23.	conuersione
pag.78.	lin.21.	Ecclesiasticis
	lin.25.	coll 9.tit.15.
pag.85.	lin 19.	N.120.
pag.89.	lin.11.	tit.11.
pag.91.	lin.11.	cap.21.
pag.94.	lin.7.	N.111.
	lin.25.	mutuis
pag.125.	lin.7.	coll.9.tit.5.
pag.130.	lin.7.	coll.2.tit.2.
pag.136.	lin.16.	N.80.
pag.140.	lin.vlt.	ttit.26.
pag.141.	lin.2.	lit.27.
	lin 8.	ib.12.
	lin.13.	lib.12.

pag.142.	lin.13.	persequutores
	lin.14.	persequutoribus
	lin.16.	tit 9.
	lin.21.	D.
pag.145.	lin.13.	tit.25.
	lin.14.	vrbis
	lin.15.	vrbis
pag.149.	lin.17.	N.122.
pag.152.	lin.8.	tit 67.
	lin.11.	tit.68.
pag.153.	lin.7.	IVRE PVBLICO.
	lin.16.	vel
pag.155.	lin.21.	publica
pag.159.	lin.11.	tit 41.
	lin.15.	tit.65.
	lin.23.	tit.69.
pag.160.	lin.13.	horreis
pag.161.	lin.22.	N.17.
pag.162.	lin 1.	tributariorum
	lin.21.	tit.45.
pag.164.	lin.16.	eæ
pag.167.	lin.21.	tit.20.
pag 170.	lin.10.	tit.24.
pag.171.	lin.7.	VIII.
pag.172.	lin.2.	lib.2.
pag.176.	lin.21.	tit.47.
pag.185.	lin 11.	C.lib 1.
pag.186.	lin 7.	lib.21.
pag.188	lin vlt.	tit.59.
pag.192.	lin 15.	non post
pag.194.	lin.21.	ciuilium iudicum
pag.195.	lin.18.	tit.45.
pag.199.	lin.10.	IX.

pag.204.	lin.10.	lib.47.
pag.210.	lin.10.	lib.49.
pag.221.	lin.15.	tit.60.
pag.222.	lin.1.	legitimentur
pag.226.	lin.20.	coll.6.
pag.227.	lin.24.	tutor
pag.229.	lin.24.	ei
pag.230.	lin.8.	lib.26.
pag.231.	lin.9.	rationes
pag.238.	lin.5.	lib.41.
pag.253.	lin.19.	D.lib.34.
pag.259.	lin.13.	lib.29.
	lin.21.	lib.29.
pag.261.	lin.14.	finem
pag.264.	lin.13.	lib.37.
pag.277.	lin.7.	N.78.
pag.279.	lin.18.	lib.5.
pag.280.	lin.10.	cap.11.
pag.288.	lin.16.	coll.8.
	lin.19.	coll.8.
pag.289.	lin.10.	ex
pag.291.	lin.22.	quasi delicto
	lin.26.	his
pag.295.	lin.7.	tit.28.
pag.298.	lin.22.	cap.3.
pag.300.	lin.22.	C.lib.8.
pag.309.	lin.25.	coll.5.tit.2.

ẽẽ v

EXTRAICT DU PRIVILEGE du Roy.

HENRY par la grace de Dieu, Roy de France, & de Nauarre, A nos amez & feaulx Conseillers, les gents tenants nostre Cour de Parlement de Paris, Preuost dudit lieu, Seneschal de Lyon, Poictou, Berry, & à tous nos autres Iusticiers & Officiers ou leurs Lieutenans, Salut. Nostre cher & bien amé CLAVDE RIGAVD, marchant Libraire, demourant en nostre ville de Paris, nous a fait humblement remonstrer qui luy auroit esté mis és mains vn liure intitulé, *Breuis & accurata Iuris vtriusque descriptio &c. Auctore* GERMANO COVSIN, *in Supremo senatu Aduocato*, Lequel luy auons permis & permettons imprimer ou faire imprimer, & deffences faictes à tous Imprimeurs & Libraires de le faire imprimer ny mettre en vente deuant le temps de six ans, à compter du iour que ledit liure sera acheué d'imprimer, sur peine de confiscations desdits liures & exemplaires qui se trouueront imprimez, comme est plus amplement contenu en l'original du priuilege. Donné à Paris le 30. iour de Septembre, l'an de grace 1608.

Et de nostre regne le vingtiesme.

Par le Conseil

SANGVIN.

Acheué d'imprimer le 5. iour de May.

Caroli Severoli

DE ARTIFICIOSA I. V. COMPOSITIONE Germani Cousinij Patr. Clar. I. V. C.

Vtile qui dulci miscet punctum omne meretur:
Diuina humanis iungere cuius erit?
Cousinij laus hæc Germana. Æterna caducis
Iungens, est imis gratus, & est superis.

I. TOVRNET P.

DE IVRE DIVINO ET PONTIFICIO.

LIBER I.

DE IVRIS DIVINI DEFINITIONE.

Cap. I.

OMNE *ius aut Diuinum aut Humanum dici potest.*

DIVINVM *est, quod ad Dei cultum iuxta Ecclesiæ ritum pertinet.*

Ideo à quibusdam Ecclesiasticum dicitur, quia Ecclesiasticam disciplinam continet: ab alijs Canonicum, quòd à Canonibus Apostolorum originem ducit: à plerisque Pontificium, quoniam eius obseruatio ex summi Pontificis authoritate pendet.

Inde fit, vt laicorum nulla de Ecclesiaticis admittatur constitutio.

Nulli Laici quippiam de rebus

Ecclesiasticis statuant. Dist. 96.

Nisi quam summus Pontifex probauit.

Imperatorum constitutiones de rebus Ecclesiasticis, nisi à Papa confirmentur, irritæ sunt. Dist. 97.

De Ivris Pontificii Divisione.

Cap. II.

Ivs Pontificivm *dicitur aut scriptum, aut non scriptum.*

Scripti *cognitio à verborum notitia incipit.*

De verborum significatione. Dec. lib. 5. tit. 40. Sext. lib. 5. tit. 12. Cl. lib. 5. tit. 11. Extr. tit. 14.

Regularum scientia augetur.

De regulis iuris. Dec. lib. 5. titul. 41. Sext. lib. 5. tit. 13.

Et circunstantiarũ consideratione perficitur.

Multa ex circunstantijs dicta considerantur. Dist. 29.

Multa ex causa constituuntur. Dist. 30.

Multa ex temporis circunstantia constituuntur. Dist. 31.

Tantáque ipsius authoritas est, vt Iuri ciuili scripto praualeat.

Constitutiones seculares Ecclesiasticis subsunt. Dist. 10.

Huius tres notantur species.

I. SCRIPTVRA *sacra verè intellecta.*

De Hebræis, quomodo oporteat eos scripturas legere. N. 146. coll. 10.

II. CONSTITVTIONES *Pontificiæ.*

De diuisione constitutionum, & earundem partibus. Dist. 3. in 2. parte.

Quarum aliæ generales,

De authoritate & numero canonum Apostolorum. Dist. 16.

De authoritate epistolarum decretalium Papæ. Dist. 19.

& præcipuæ authoritatis:

In definiendis decreta Pontificum dictis interpretũ præferuntur. Dist. 20.

Aliæ speciales.

De constitutionibus. Dec. lib. 1. tit. 2. Sext. lib. 1. tit. 2.

De rescriptis. Dec. lib. 1. tit. 3. Sex. lib. 1. tit 3. Cl. lib. 1. tit. 2.

& plerumque irrita.

De confirmatione vtili, vel inutili. Dec. lib. 2. tit. 30.

III. Concilia.

Quæ vel generalia, vel prouincialia.

Generalia summi Pontificis authoritatæ fiunt.

Papæ est Concilia generalia congregare Dist. 17.

De origine & authoritate canonum. Dist. 15.

De quatuor sanctis concilijs. N. 131. cap. 1. coll. 9. tit. 6.

Prouincialia verò interdum à Patriarchis, & Archiepiscopis fiunt.

Vt Archiepiscopi, & Patriarchæ sæpius in annis singulis concilia & synodos celebrent N. 123. cap. 10. coll. 9. tit 15.

Interdum ab Episcopis.

Episcoporum concilia sunt vtilia,

& celebranda ſingulis annis. Diſt. 18.

NON SCRIPTVM eſt conſuetudo, ſeu traditio vniuerſalis.

De conſuetudine Dec. lib. 1. tit. 4. Sext. lib. 1. tit. 4. Extr. com. lib. 1. tit. 1.

Contra conſuetudines, & traditiones vniuerſales non eſt agendum. Diſt. 12.

De ſtatutis & conſuetudinibus contra libertatem Eccleſiæ inductis F. lib. 2. tit. 59.

Vtrumque aut ad perſonas, aut ad res, aut ad actiones refertur.

DE PERSONARVM DISTINCTIONE IN IVRE PONTIFICIO, ET PRIMVM DE CLERICIS, QVI POTESTATE ORDINARIA VTVNTVR.

CAP. III.

PERSONARVM nomine intelliguntur omnes. Eccleſiaſticæ diſciplina obſtricti.

Qui v lſeculares ſunt, vel regulares.

Secularium alij, in Eccleſia munus

habent, alij sine munere sunt.

Qui munus habent in clericos & laicos distinguntur.

Clericorum alij cum potestate sunt, alij sine potestate.

De Ecclesiastic. origine, ac institutione. Dist. 21.

Inter quos superioribus inferiores obediunt,

Summo Pontifici omnes obediunt, & superioribus inferiores. Dist. 93. in 1. & 2. parte.

De maioritate & obedientia Dec. lib. 1. tit. 33. Extr. tit. 3. Ext. comm. lib. 1. tit. 8.

Nisi priuilegium obsit.

Inferiores nonnunquam ex priuilegio superioribus præferuntur Dist. 94.

Qui cum potestate sunt, vel ordinaria, vel delegata vtuntur.

Ordinaria, vt Prælati,

Quorum 4. species.

1. SVMMVS PONTIFEX *legitimè ordinatus.*

A quibus summus Episc. sit ordinandus. Dist. 79.

2. PRIMATES *seu Patriarchæ,*

De patriarcharum ordine Dist.22.

De ordine sedendi patriarcharum. N.131.cap. 1.coll.9. tit.6.

superiores Archiepiscopis.

Patriarchis & primatibus Archiepiscopi obediunt Dist.99.

3. ARCHIEPISCOPI, *qui ex Episcopis assumpti,*

Ex ordine Episcoporum Archiepiscopus assumatur Dist.60.

pallium petunt.

De authoritate & vsu pallij. Dec. lib.1.tit.8. Extr. comm.lib.1. tit.4.

& ordinantur,

Archiepiscopus à suis Episcopis ordinetur Dist. 66.

vt suas singuli prouincias regant.

In vna prouincia duo non sint Metropolitani. Dist 101.

4. EPISCOPI.

De sanctissimis Episcopis N. 123. coll.9. tit. 15.

Qui variè instituuntur,

Aut postulatione.

De postulatione prælatorum. Dec. lib. 1. tit. 5. Sext. lib. 1. tit. 5. Extr.

Non qui Episcopatum eiurauit,

De renunciatione. Dec. lib. 1. tit. 9. Sext. lib. 1. tit. 7. Cl. lib. 1. tit. 4.

An Ecclesia & beneficium ei reddenda sunt, qui prius libera voluntate refutauit. 17. qu. 2.

An iste valeat reposcere cathedram, quam sua intercessione alter accepit 7. qu. 2.

nisi Apostolicis literis iuuetur:

An sine literis Apostolicis debeat redire ad propriam Ecclesiam 8. qu. 5.

Nec qui Episcopatum ambit,

vel amicorum suffragijs,

An amicorum patrocinia in electione debeant conualescere. 8. qu. 2.

vel pactione,

An pro electione quidpiam dari possit. 1. qu. 6.

De sacerdotio per pecuniam non ambiendo. N. 6. cap. 6. col. 1. tit. 6.

An sit habendus simoniacus, qui post electionem iuramentum Canonicis præstat. 8. qu. 3.

Si quis Episcopus ante ordinatio-

nem, vel postea Ecclesiæ res suas obtulerit. N. 123. cap. 3. coll. 9. tit. 15.

vel præmorientis Episcopi nominatione,

An liceat Episcopo sibi successorem instituere. 8. qu. 1.

vel ipsius deiectione:

Vtrum viuente Episcopo alius possit in eadem Ecclesia ordinari, 7. qu. 1.

Nec neophytus:

Episcopi non sint neophyti. Dist. 48.

Neque ignarus.

Ne ordinandus Episcopus sit ineruditus. N. 6. cap. 7. coll. 1. tit. 6.

Sed qui eruditus est, tum in sacris literis,

Episcopi sacras literas sciant. Dist. 38.

Episcopi sint prudentes. Dist. 36.

tum in liberalibus disciplinis,

Episcopi literas sciant ad necessitatem. Dist. 37.

nec non in secularibus negotijs,

Episcopi negotia secularia sciant. Dist. 39.

DE IVRE DIVINO ET PONTIFICIO.

LIBER I.

DE IVRIS DIVINI DEFINITIONE.

Cap. I.

OMNE *ius aut Diuinum aut Humanum dici potest.*

DIVINVM *est, quod ad Dei cultum iuxta Ecclesiæ ritum pertinet.*

Ideo à quibusdam Ecclesiasticum dicitur, quia Ecclesiasticam disciplinam continet: ab alijs Canonicum, quòd à Canonibus Apostolorum originem ducit: à plerisque Pontificium, quoniam eius obseruatio ex summi Pontificis authoritate pendet.

Inde fit, vt laicorum nulla de Ecclesiaticis admittatur constitutio.

Nulli Laici quippiam de rebus

Ecclesiasticis statuant. Dist. 96.

Nisi quam summus Pontifex probauit.

Imperatorum constitutiones de rebus Ecclesiasticis, nisi à Papa confirmentur, irritæ sunt. Dist. 97.

De Ivris Pontificii Divisione.

Cap. II.

Ivs Pontificivm *dicitur aut scriptum, aut non scriptum.*

Scripti *cognitio à verborum notitia incipit.*

De verborum significatione. Dec. lib. 5. tit. 40. Sext. lib. 5. tit. 12. Cl. lib. 5. tit. 11. Extr. tit. 14.

Regularum scientia augetur.

De regulis iuris. Dec. lib. 5. titul. 41. Sext. lib. 5. tit. 13.

Et circunstantiarũ consideratione perficitur.

Multa ex circunstantijs dicta considerantur. Dist. 29.

Multa ex causa constituuntur. Dist. 30.

Multa ex temporis circunstantia constituuntur. Dist. 31.

Tantáque ipsius authoritas est, vt Iuri ciuili scripto præualeat.

Constitutiones seculares Ecclesiasticis subsunt. Dist. 10.

Huius tres notantur species.

I. SCRIPTVRA *sacra verè intellecta.*

De Hebræis, quomodo oporteat eos scripturas legere. N. 146. coll. 10.

II. CONSTITVTIONES *Pontificiæ.*

De diuisione constitutionum, & earundem partibus. Dist. 3. in 2. parte.

Quarum aliæ generales,

De authoritate & numero canonum Apostolorum. Dist. 16.

De authoritate epistolarum decretalium Papæ. Dist. 19.

& præcipuæ authoritatis:

In definiendis decreta Pontificum dictis interpretũ præferuntur. Dist. 20.

Aliæ speciales.

De constitutionibus. Dec. lib. 1. tit. 2. Sext. lib. 1. tit. 2.

De rescriptis. Dec. lib. 1. tit. 3. Sex. lib. 1. tit 3. Cl. lib. 1. tit. 2.

& plerumque irrita.

De confirmatione vtili, vel inutili. Dec. lib. 2. tit. 30.

III. Concilia.

Quæ vel generalia, vel prouincialia.

Generalia summi Pontificis authoritatæ fiunt.

Papæ est Concilia generalia congregare Dist. 17.

De origine & authoritate canonum. Dist. 15.

De quatuor sanctis concilijs. N. 131. cap. 1. coll. 9. tit. 6.

Prouincialia verò interdum à Patriarchis, & Archiepiscopis fiunt.

Vt Archiepiscopi, & Patriarchæ sæpius in annis singulis concilia & synodos celebrent N. 123. cap. 10. coll. 9. tit. 15.

Interdum ab Episcopis.

Episcoporum concilia sunt vtilia,

& celebranda ſingulis annis. Diſt. 18.

NON SCRIPTVM *eſt conſuetudo, ſeu traditio vniuerſalis.*

De conſuetudine Dec. lib. 1. tit. 4. Sext. lib. 1. tit. 4. Extr. com. lib. 1. tit. 1.

Contra conſuetudines, & traditiones vniuerſales non eſt agendum. Diſt. 12.

De ſtatutis & conſuetudinibus contra libertatem Eccleſiæ inductis F. lib. 2. tit. 59.

Vtrumque aut ad perſonas, aut ad res, aut ad actiones refertur.

DE PERSONARVM DISTINCTIONE IN IVRE PONTIFICIO, ET PRIMVM DE CLERICIS, QVI POTESTATE ORDINARIA VTVNTVR.

CAP. III.

PERSONARVM *nomine intelliguntur omnes. Eccleſiaſticæ diſciplina obeſtricti.*

Qui v lſeculares ſunt, vel regulares.

Secularium alij, in Eccleſia munus

habent, alij sine munere sunt.

Qui munus habent in clericos & laicos distinguntur.

Clericorum alij cum potestate sunt, alij sine potestate.

De Ecclesiastic. origine, ac institutione. Dist. 21.

Inter quos superioribus inferiores obediunt,

Summo Pontifici omnes obediunt, & superioribus inferiores. Dist. 93. in 1. & 2. parte.

De maioritate & obedientia Dec. lib. 1. tit. 33. Extr. tit. 3. Ext. comm. lib. 1. tit. 8.

Nisi priuilegium obsit.

Inferiores nonnunquam ex priuilegio superioribus præferuntur Dist. 94.

Qui cum potestate sunt, vel ordinaria, vel delegata vtuntur.

Ordinaria, vt Prælati,

Quorum 4. species.

1. SVMMVS PONTIFEX *legitimè ordinatus.*

A quibus summus Episc. sit ordinandus. Dist. 79.

2. PRIMATES *seu Patriarchæ,*

De patriarcharum ordine Dist.22.

De ordine sedendi patriarcharum. N.131.cap. 1.coll.9. tit.6.

superiores Archiepiscopis.

Patriarchis & primatibus Archiepiscopi obediunt Dist.99.

3. ARCHIEPISCOPI,*qui ex Episcopis assumpti,*

Ex ordine Episcoporum Archiepiscopus assumatur Dist.60.

pallium petunt.

De authoritate & vsu pallij. Dec. lib.1.tit.8. Extr. comm.lib.1. tit.4.

& ordinantur,

Archiepiscopus à suis Episcopis ordinetur Dist. 66.

vt suas singuli prouincias regant.

In vna prouincia duo non sint Metropolitani. Dist 101.

4. EPISCOPI.

De sanctissimis Episcopis N. 123. coll.9. tit. 15.

Qui variè instituuntur,

Aut postulatione.

De postulatione prælatorum. Dec. lib. 1. tit. 5. Sext. lib. 1. tit. 5. Extr.

comm.lib.1. tit. 2.

Aut translatione.

De translatione Episcopi. Dec. lib.1.tit. 7. & 7. quest.1. in 5. & 7. parte.

Aut electione,

De electione, & electi potestate Dec. lib. 1. tit. 6. Sext. lib. 1. tit. 6. Cl. lib. 1. tit. 3. Extr. tit.1. Ext.comm. lib.1.tit.3.

non à Principibus laicis facta.

Laici etiam Principes magni Episcopos non eligant. Dist.63.

sed ab Ecclesiasticis ex Principis consensu.

Episcopi ab Ecclesiasticis eligantur consentiente Principe, & requirente plebe. Dist.62.

In qua electione quærendus est,

Non qui in crimine est.

De Ecclesiasticorum officijs. Dist. 25. in 3. parte.

Non bigamus:

Ordinandus in Episcopũ sit vnius vxoris vir. Dist.26.

Vt Episcopus ordinetur, qui vxorem non habuerit, aut si habuerit,

eam virginem habuerit, non viduam neque repudiatam, aut separatam. N.6.cap. 4. coll. 1. tit. 6.

Non liberos habens:

Vt ordinandus Episcopus nec liberos legitimos habeat, nec naturales. N.6. cap. 5.coll. 1.tit. 6. Dist. 28. in 8.parte.

Non laicus,

Laici in Episcopos non eligantur. Dist.61.

Cuius fortunæ esse debeat ordinandus Episcopus. d. N.6. cap. 2. coll. 1.tit. 6.

nisi prius Ecclesiasticam vitam amplexus fuerit:

Vt nemo repente ex seculari & priuata vita fiat Episcopus N. 6. cap. 3. coll.1. tit. 6.

Vt ordinandus ante in Clero vel monastica vita vixerit sex mensibus N. 6. cap. 8. coll. 1. tit. 6.

Non qui in fide errauit, nisi ei facta fuerit gratia.

An renuncians suæ hæresi sit accipiẽdus in Episcopali dignitate.1.qu. 7. in 1. & 2. parte.

Non qui Episcopatum eiurauit,

De renunciatione. Dec. lib. 1. tit. 9. Sext. lib. 1. tit. 7. Cl. lib. 1. tit. 4.

An Ecclesia & beneficium ei reddenda sunt, qui prius libera voluntate refutauit. 17. qu. 2.

An iste valeat reposcere cathedram, quam sua intercessione alter accepit 7. qu. 2.

nisi Apostolicis literis iuuetur:

An sine literis Apostolicis debeat redire ad propriam Ecclesiam 8. qu. §.

Nec qui Episcopatum ambit,

vel amicorum suffragijs,

An amicorum patrocinia in electione debeant conualescere. 8. qu. 2.

vel pactione,

An pro electione quidpiam dari possit. 1. qu. 6.

De sacerdotio per pecuniam non ambiendo. N. 6. cap. 6. col. 1. tit. 6.

An sit habendus simoniacus, qui post electionem iuramentum Canonicis præstat. 8. qu. 3.

Si quis Episcopus ante ordinatio-

nem, vel postea Ecclesiæ res suas obtulerit. N. 123. cap. 3. coll. 9. tit. 15.

vel præmorientis Episcopi nominatione,

An liceat Episcopo sibi successorem instituere. 8. qu. 1.

vel ipsius deiectione:

Vtrum viuente Episcopo alius possit in eadem Ecclesia ordinari, 7. qu. 1.

Nec neophytus:

Episcopi non sint neophyti. Dist. 48.

Neque ignarus.

Ne ordinandus Episcopus sit ineruditus. N. 6. cap. 7. coll. 1. tit. 6.

Sed qui eruditus est, tum in sacris literis,

Episcopi sacras literas sciant. Dist. 38.

Episcopi sint prudentes. Dist. 36.

tum in liberalibus disciplinis,

Episcopi literas sciant ad necessitatem. Dist. 37.

nec non in secularibus negotijs,

Episcopi negotia secularia sciant. Dist. 39.

& omnino qui ætatis, qualitatis & ordinis legitimi esse agnoscitur.

Quales debent esse, qui eligun-tur, vt alijs præsint. 8. qu.1. in 3. parte.

De ætate, qualitate & ordine præficiendorum. Dec. lib.1. tit.14. Sex. lib.1. tit. 10. Cl. lib.1. tit. 6.

De Episcopi ordinandi moribus, vita & honestate. N. 6. cap. 1. coll.1. tit. 6.

Licet aliquando secus accidat volente Deo,

Quandoque Deus dat malos prælatos propter peccata populi. 8. qu. 1. in 4. parte.

Electus autem Episcopus pallium petit.

Pallium Episcopis necessarium. Dist. 100.

Postea lectis sacris canonibus,

Vt ordinandus legat sacros canones. N. 6. cap. 9. coll. 1. tit. 6.

scrutinio facto.

De scrutinio in ordine faciendo Dec. lib. 1. tit. 12.

consentiente Metropolitano,

Episcopus à tribus Episcopis consentiente Metropolitano ordinetur. Dist. 64.

& Primate,

Consensus Episcoporum maior in Episcopi ordinatione seruatur consentiente Primate. Dist. 65.

& nemine contradicente,

Si quis ordinationi Episcopi contradixerit. N. 6. cap. 1. coll. 1. tit. 6. & N. 123. cap. 2. coll. 9. tit. 15.

ordinatur,

De ordinatione Episcoporum. N. 123. cap. 1. coll. 9. tit. 15. & N. 137. coll. 10.

Quomodo oporteat Episcopos & cæteros clericos ad ordinationes perduci. N. 6. coll. 1. tit. 6.

enthroniasticis solutis.

Quid pro cathedratico dari conueniat. N. 123. cap. 3. coll. 9. tit. 15.

Ordinati Episcopi est vigilare,

Episcopi sint vigilantes. Dist. 84.

sobriè viuere.

Episcopi sint sobrij. Dist. 35.

Episcopi non sint vinolenti. Dist. 44.

vestibus honestis indui,

Episcopi sint ornati exterius. Dist. 41.

virtute alijs prælucere,

Episcopi sint ornati interius. Dist. 40.

Episcopi sint virtutibus præditi. Dist. 49.

auaritiam execrari,

Episcopi non sint auari, nec vsurarij. Dist. 47.

castitatem amplecti,

Episcopi pudici sint, Dist. 43.

Episcopi sint casti. Dist. 84.

Episcopi matrimonio non gaudeant. Dist. 27.

& modestiam,

Episcopi non sint percussores, sed modesti. Dist. 45.

secularia negligere,

Episcopi secularia negotia non curent. Dist. 88.

suam Diœcesin regere,

Quibus locis Prælati Ecclesiæ preficiuntur. Dist. 80.

in ea, non in aliena, suum munus obire,

An in alterius parœcia Episcopale possint officium celebrare. Dist. 92. in 3. parte.

singulis annis Chrisma conficere.

De consecratione. Dist. 3. in 8. parte.

officia distribuere.

Episcopi nulli duo officia tradant, nec secularib⁹ Ecclesiastica. Dist. 89.

clericis Ecclesiæ suæ.

16. qu. 7. in 2. parte.

non conductitijs presbyterijs.

21. qu. 2. in 4. parte.

pauperibus & peregrinis subuenire.

Episcopus viduis pauperibus subuenire debet. Dist. 82.

Episcopi sint hospitales. Dist. 42. & 85.

Episcopi sint viduarum, orphanorum & pauperum protectores. Dist. 87.

Vt reliqua pars redituum Ecclesiasticorum detur pauperibus & similibus personis. N. 3. cap. 5. coll. 1. tit. 3.

Ignaris magistros constituere.

De Magiſtris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi Dec. lib. 5. tit. 5. Cl. lib. 5. tit. 1.

populum inſtruere & corripere,

Epiſcopi doceant & corripiant Diſt. 86. & Diſt. 43. in 3. parte.

ad concordiam vocare.

Epiſcopi non ſint litigioſi, & diſcordes concordent. Diſt. 46. & 90.

Iudices negligentes cogere.

Vt differentes iudices audire interpellantium allegationes cogātur ab Epiſcopis hoc agere, & vt quando in ſuſpicionem habuerint iudicem, pariter audiat cauſam & ciuitatis Epiſcopus. N. 86. coll. 9. tit. 10.

Aliarum Eccleſiarum curam habere.

Omnes Eccleſiæ cum rebus ſuis ad curam Epiſcopi pertinent. 16. qu. 1. in 6. parte.

An baſilica cum omni dote ſua ad Epiſcopi ordinationem pertineat. 10. qu. 1.

etiam regularium,

De religioſis domibus, vt Epiſco-

po sint subiectæ. Dec. lib. 3. tit. 36. Cl. lib. 3. tit. 11.

De religiosis domibus. Sext. lib. 3. tit. 17. Ext. tit. 7. Ext. comm. lib. 3. tit. 9.

ab earum bonis abstinere,

An Episcopis res Ecclesiarum vsurpare liceat. 10. qu. 2.

Si Archypresbiter vel Episcopus sua authoritate non iudiciaria sententia Capellam irrepserit, an cadat à causa, vel Ecclesia, cui præsidet, non vltra hábeat ius reposcendi, quod suus pastor illicitè vsurpauit. 16. qu. 6.

nihil præter cathedraticum ab iis exigere.

Quid nomine cathedratici à sacerdotibus suis exigere valeat Episcopus. 10. qu. 3.

quæ ad eius curam pertinent, sollicitè exequi,

De Episcopali audientia, & de diuersis Capitulis, quæ ad ius curámque & reuerentiam pontificalem pertinent. C. lib. 1. tit. 4.

etiam sine Capituli consensu:

De his quæ fiunt à Prælato sine consensu Capituli. Dec. lib. 3. tit. 10.

& Ecclesiam non deserere,

Ne Prælati vices suas vel Ecclesias sub annuo censu concedant. Dec. lib. 5. tit. 4.

Ne Episcopi proprias Ecclesias relinquant N. 123. cap. 9. coll. 9. tit. 15.

De Episcopis non residentibus in proprijs Ecclesijs. N. 67. cap. 3. coll. 5. tit. 17.

vltra annum,

Ne Episcopus vltra annum extra Ecclesiam suam degat. N. 6. cap. 11. coll. 1. tit. 6.

nisi ex superioris consensu:

Ne Episcopi ad comitatum principis accedant absque systaticis literis. N. 6. cap. 12. coll. 1. tit. 6.

Nullus sine licentia potest dimittere Ecclesiam, & ex certis causis. 7. qu. 1. in 4. 8. & 9. parte.

alioqui eius negligentia supplenda est.

De supplenda negligentia Prælatorum. Dec. lib. 1. tit. 10. Sext. lib. 1. tit. 8. Cl. lib. 1. tit. 5.

&, si opus erit, dandus coadiutor,

De clerico ægrotante, vel debilitato. Dec. lib. 3. tit. 6. Sext. lib. 3. tit. 5.

DE CLERICIS, QVI DELEGATA POTESTATE VTVNTVR.

CAP. IV

Delegata potestate vtuntur hi Clerici,

Legatus summi Pontificis.

De officio legati. Dec. lib. 1. tit. 30. Sext. lib. 1. tit. 15. Dist. 94. in 2. parte. Dist. 97. in 2. parte.

Archidiaconus.

De officio Archidiaconi. Dec. lib. 1. tit. 23. Dist. 25. 60. Dist. 94. in 3. parte.

An liceat Archidiacono denegare Episcopo consuetã obedientiam. 22. qu. 3.

Archipresbyter.

De officio Achipresbyteri. Dec. lib. 1. tit. 24. Dist. 25. 60.

Primicerius.

De officio Primicerij. Dec. lib. 1. tit. 25.

Sacrista.

De officio Sacristæ. Dec. lib. 1. tit. 26.

Custos.

De officio custodis. Dec. lib. 1. tit. 27.

De custode. Extr. comm. lib. 1. tit. 5.

Vicarius.

De officio vicarij. Dec. lib. 1. tit. 28. Sext. lib. 1. tit. 13. Cl. lib. 1. tit. 7.

Presbyter parochianus.

De parochijs, & alienis parochianis, Dec. lib. 3. tit. 27.

De Clericis, qvi sine potestate dicvntvr.

Cap. V.

Sine potestate *dicuntur Clerici, qui in Ecclesia simplici Clericorũ officio funguntur.*

Ita distiguendi, nam alij ratione officij reditus annuos habent, vt in Ecclesia Romana Cardinales à cæteris Clericis distincti.

Can. in nomine. Dist. 23. Dist. 79 Dist. 93. in 4. parte.

In alijs Ecclesijs Canonici, quibus

ſede vacante aliquid conceditur.

De maioritate & obedientia. Sext. lib. 1. tit. 17.

& ab eis acta tenent, quæ maior pars probauit,

De ijs quæ fiunt à maiore arte Capituli. Dec. lib. 3. tit. 11.

modo nihil innouetur.

Ne ſede vacante aliquid innouetur Dec. lib. 3. tit. 9. Sext. lib. 3. tit. 8. Extr. tit. 3. Extr. comm. lib. 3. tit. 3.

Alij verò ſine redditibus annuis diario contenti viuunt.

Qui vel in maioribus ordinibus ſunt conſtituti, vt

Sacerdos, ſiue Presbyter:

Preſbyter non propter ætatem, ſed propter ſapientiam dicitur. Diſt. 84. in 4. parte.

Diaconus:

Diaconus minor eſt preſbytero: Diſt. 93. in. 3. & 6. parte.

Subdiaconus.

can. perlectis. Diſt. 25.

vel in minoribus, vt Lector.

d. can. perlectis.

Pſalmiſta.

d. can. perlectis.
Acolythus.
d. can. perlectis.
Exorcista.
d. can. perlectis.

De clericorvm officiis.

Cap. VI.

De Ecclesiasticorum institutione in sacramento Ordinis tractabitur.

Nunc de eorum officijs, quæ varia sunt.

De Ecclesiasticorum officijs. Dist. 25.

Nam debent honestè viuere,

De vita & honestate clericorum. Dec. lib. 3. tit. 1. Sext. lib. 3. tit. 1. Cl. lib. 3. tit. 1. Extr. comm. lib. 3. tit. 1.

& sobriè:

Ecclesiastici sint sobrij. Dist. 35.

Ecclesiastici non sint vinolenti. Dist. 44.

De sobrietate Presbyterorum. De consecr. Dist. 5. in 10. & 11. parte.

modum in vestibus adhibere,

An claris & fulgidis eis ornari expediat. 21. qu. 4.

vt tamen in eis nihil ſit ſordidum:

Eccleſiaſtici ſint ornati exterius. Diſt. 41.

virtute alijs prælucere,

Eccleſiaſtici ſint ornati interius. Diſt. 40.

Eccleſiaſtici ſint virtutibus prædit i. Diſt. 48.

docere.

Eccleſiaſtici ſint doctores. Diſt 43.

hoſpitalitalitatem exercere,

Eccleſiaſtici ſint hoſpitales. Diſt. 42.

auaritiam execrari,

Eccleſiaſtici non ſint auari, nec vſurarij. Diſt. 47.

Continentiam profiteri:

Eccleſiaſtici pudici ſint. Diſt. 43.

Eccleſiaſtici ſint caſti. Diſt. 84.

Ordinati ſacris matrimonio non gaudeant Diſt. 27.

Eccleſiaſtici etiã Subdiaconi continentes ſint. Diſt. 32.

Ordinandi ſacris continentiam profiteantur. Diſt. 28.

mulierum conſortia fugere:

De cohabitatione Clericorum & mulierum. Dec. lib. 3. tit. 2.

Ne Clerici mulieres superinductas in proprijs domibus habeant, Episcopi verò nullas. N. 123. cap. 29. coll. 9. tit. 15.

à secularibus abstinere:

Ecclesiastici secularia negotia non curent. Dist. 88.

An procurationes secularium negotiorum Clericis liceat suscipere. 21. qu. 3.

Ne Clerici vel monachi secularibus negotijs se immisceant. Dec. lib. 3. tit. 50. Sext. lib. 3. tit 24.

Vt Clerici à muneribus personalibus & negotijs secularibus abstineant. N. 123. cap. 6. coll. 9. tit. 15.

lites abhorrere:

Ecclesiastici non sint litigiosi. Dist. 46.

neminem lædere:

Ecclesiastici non sint percussores, sed modesti. Dist. 45.

Ecclesiam suam non deserere;

De Clericis non residentibus in Ecclesia vel Præbenda. Dec. lib. 3. tit.

4. Sext.

4. Sext. lib. 3. tit. 3.

Ne liceat Clericis de minore Ecclesia in maiorem per patrocinium transire. N. 3. cap. 3. coll. 1. tit. 3.

Si vnam quis relinquere voluerit Ecclesiam, an liceat ei ad aliam transire. 21. qu. 2.

De Clericis in aliam vitæ formam transeuntibus. N. 6. cap. 15. coll. 1. tit. 6.

ne alius subrogetur:

De Clericis subrogandis in locũ desertorum Clericorum. No. 58. cap. 1. coll. 5. tit. 10.

Vt Clerici qui recedunt, alijs pro eis subrogatis præbeant emolumenta. N. 58. coll. 5. tit. 10.

in ea vigilare.

Ecclesiastici sint vigilãtes. Dist. 84.

cultui diuino vacare,

Ecclesiastici ita laborent, vt cultum diuinum non deserant. Dist. 91.

idque magis corde, quàm ore:

Ecclesiastici quomodo, & quid cantare debent. Dist. 92

communem vsum seruare,

Consuetudo Metropolitanæ Ec-

clesiæ in psallendo in cæteris Ecclesijs seruetur. Dist. 2. in 3. parte.

& diuinis officijs interesse.

Quod omnis Sacerdos compellatur interesse officijs. Dist. 92. in 4. parte.

De Laicis qvi in Ecclesia mvnvs habent.

Cap. VII.

Laici *in Ecclesia munus habentes sunt,*

Pauperum curatores,

De orphanotrophis, xenodochis, brephotrophis, & ptochotrophis. C. lib. 1. tit. 3.

Vt orphanotrophi sint tutoribus similes, & ad instar eorum inuentarium conficiant. N. 131. cap. vlt. coll. 9. tit. 6.

Apocrisiarij,

De apocrisiarijs. N. 123. cap. 25. coll. 9. tit. 15.

Diaconissæ.

De Diaconissis. N. 123. cap. 30.

coll. 9. tit. 15.

De Diaconissis minoribus 50. annis non ordinandis. N. 6. cap. 14. coll. 1. tit. 6.

DE HIS, QVI IN ECCLESIA SINE MVNERE SVNT.

CAP. VIII.

SINE *munere sunt reliqui Laici, quibus præcipitur*
Vitæ honestas,

Laici ab omni fuco abstineant. De consecr. Dist. 5. in 15. parte.

Ministorum Dei reuerentia,

Ne liceat Laicis & scenicis vti monachi schemate N. 123. cap. 44. coll. 9. tit. 15.

Dei cultus cum Clericis,

Ne Laici faciant litanias sine Episcopo & Clericis, & crucibus. N. 123. cap. 32. coll. 9. tit 15.

absque legis veteris cæremoniarum obseruatione.

De purificatione post partum. Dec. lib. 3. tit. 47.

Ob id tenentur Missam deuotè audire,

Populus totam Missam audire debet. De consecrat. Dist 1. in 21. &. 23. parte.

semper aliquid Deo offerre,

De cõsecratione. Dist. 1. in 24. parte.

verbum Dei attentè audire,

De consecrat. Dist. 1. in 22. parte.

& in Ecclesia locum à Clericis distinctum quærere.

De consecrat. Dist. 2. in 11. parte.

De regvlaribvs. Cap. IX.

Regvlares *vtriusque sexus sunt, ita inter se distinguendi.*

Virorum enim alij præsunt, vt Abbates, qui eligendi sunt, nõ ex Clero.

Clerici seculares non sunt eligendi. 18. qu. 2. in 10. parte.

sed ex monasterio,

De electione & creatione Abbatis, & vt constitutio sit communis tam monachis, quàm sanctimonialibus.

N. 5. cap. 10. coll. 1. tit. 5.

prout digniores videntur,

Vt Abbas non tam antiquitate, quàm bona existimatione censendus sit, & eligendus. N. 123. cap. 34. coll. 9. tit. 15.

& electi instituendi sunt.

An per Episcopum Abbas sit eligendus & ordinandus, an tantummodo à proprijs fratribus sit instituendus 18. qu. 2.

Alij obediunt, vt Monachi,

De statu Monachorum, & canonicorum regularium. Dec. lib. 3. tit. 35. Cl. lib. 3. tit. 10.

De Monachis 18 qu. 2. in 4. & 6. parte. Cod. lib. 1. tit. 3. N. 5. coll. 1. tit. 5.

In quibus duo considerantur, Votum & Officium:

Votum aut coactum, aut liberũ.

Coactum, nisi accedente vouentis consensu, reijcitur,

Si in pueritiæ annis traditi coguntur religionis propositum tenere. 20. qu. 1.

Si quis præter propriam volunta-

tem cucullam induerit, an cogatur eam retinere. 20. qu. 3.

Liberum admittitur, dum per ætatē liceat, nec parentes dissentiant,

Si quis præter voluntatem parentum tonsuram, vel religionis vestem in pueritia accipiat, an possit ei detrahi. 20. qu. 2.

Ne liceat parentibus exhæredare filios, qui ingrediuntur monasteria, velut ingratos. N. 123. cap. 41. coll. 9. tit. 15.

neque vouentis fides data sit alij non consentienti,

vt patet in coniugatis:

De conuersione coniugatorum. Dec. lib. 3. tit. 32.

item in seruis,

De seruo Monacho in aliam vitæ figuram transeunte, retrahendo in seruitutem. N. 5. cap. 3. coll. 1. tit. 5.

item in canonicis regularibus,

Si contigerit Episcopos regulares canonicos fuisse, vtrum eis concedendus sit monasterij ingressus. 19. qu. 3.

secus in clerico,

An Episcopus permittere debeat, vt relicta propria Ecclesia clericus monasterium ingrediatur. 19. qu. 1.

huic enim licet etiam inuito Episcopo.

Si Episcopus licentiam dare noluerit, an eo inuito monasterium possit adire. 19. qu. 2.

Vouens autem gratis admittitur.

An pro religionis ingressu sit exigenda pecunia, & exacta sit persoluenda. 1 qu. 2.

post aliquod tempus tondetur.

19. qu. 3. in 3. parte.

& vestitur.

De monachis non statim vestiendis. N. 123. cap. 35. coll. 9. tit. 15.

De monachismum profitentibus non statim vestiendis. No. 5. cap. 2. coll. 1. tit. 5.

Vt post triennium monachismum professi siue liberi siue serui vestiantur. N. 5. cap. 3.

se & sua Deo dicat.

Vt qui monasteria ingrediuntur, se suáque dedicent monasterio. N. 123. cap. 38. coll. 9. tit. 15.

quæ ipsi deducto ære alieno supersunt,

De viro vel muliere, qui quæue solitariam vitam appetit. No. 5. cap. 6. coll. 1. tit. 5.

eorum administratione ipsi in posterum interdicta:

Si contingat aliquem se & sua monasterio tradidisse, an sine licentia Abbatis liceat ei ad propria redire. 17. qu. 3.

Qui sine licentia Abbatis retro redierit, an sua sibi ab Abbate reddēda sint. 17. qu. 4.

Hæc constitutio interpretatur priorem constitutionem de ijs qui ingrediuntur monasterium, & de substantijs eorum, & ex quo tempore oporteat eam valere. N. 76. coll. 6. tit. 4.

vt nec ipsi à monasterio discedere liceat,

De monacho qui monasterium dimiserit. N. 5. cap. 5. coll. 1. tit. 5.

De monacho monasterium dimittente. N. 5. cap. 7. coll. 1. tit. 5. & N. 123. cap. 42. coll. 9. tit. 15.

De monacho qui de vno ad aliud monasteriũ transijt. N. 5. cap. 8. coll. 1. tit. 5.

nisi aliud strictioris vitæ monasterium ingrediatur.

Si ab vno monasterio in aliud districtius liceat alicui trãsire. 20. qu. 4.

De regularibus, & transeuntibus ad religionẽ. Dec. tit. 2. tit. 31. Sext. lib. 3. tit. 14. Cl. tit. 3. tit. 9. Extr. comm. lib. 3. tit. 8.

Monachorum officiũ multiplex est,

De statu monachorum. Dec. lib. 3. tit. 35.

nimirum, Vitæ communio,

Vt monachi communiter habitent & dormiant. N. 5. cap. 4. coll. 1. tit. 5.

Vt monachi in vno conclaui habitent. N. 123. cap. 36. coll. 9. tit. 15.

De monachis & eorum conuersatione. N. 133. coll. 10.

Secularium contemptus,

Ne Clerici vel monachi secularibus negotijs se immisceant. Sext. lib. 3. tit. 24. 16. qu. 1. in 1. parte.

A mulieribus auersio,

Ne monachi vxorem ducant aut concubinam. N. 5. cap. 9. coll. 1. tit. 5. 18. qu. 2. in 7. & 8. parte.

Ab hominibus secessio,

20. qu. 3. in 3 parte.

Assiduus labor cum abstinentia,

De abstinentia, & operibus monachorum. De consecr. Dist. 5. in 8. parte.

Nec eis negatur Ecclesiasticarum rerum administratio, si Clerici sunt,

Vtrum monachis liceat officia populis celebrare, pœnitentiam dare, & baptisare. 16. qu. 1. in 2. parte.

dum ad id electi sint,

16. qu. 1. in 3. parte.

& Ecclesiæ ad eos pleno iure pertineant,

Si contigerit eos capellas habere Episcopali beneficio, an ab eis sint instituendæ, an ab Episcopis. 16. qu. 2.

Si Capellam in suo territorio ædificatam iure territorij sibi vendicare liceat. 16. qu. 5.

Si Laici Capellam teneant, & in

manibus Abbatis eam refutauerint, an consensu Episcopi, & Clericorum Abbas possit eam tenere. 16. qu. 7.

De Capellis monachorum, Dec. lib. 3. tit. 37. Sext. lib. 3. tit. 18.

Regularium quoque mulierum aliæ præsunt vt Abbatissæ, quæ eliguntur,

No. 5. De monachis. cap. 10. coll. 1. tit. 5.

Aliæ obediunt, vt Sanctimoniales,

De statu regularium. Sext. lib. 3. tit. 16. 20. qu. 2. parte. 20. qu. 1. in 3. parte. 18. qu. 2. in 9. parte.

Ascetriæ.

De ascetrijs. C. lib. 1. tit. 3. ✠
De Monachis, et Ascetrijs. Nou. 133. Coll. 10.

DE REBVS, QVÆ DEI CVLTVM CONTINENT.

CAP. X.

Res Ecclesiasticæ vel diuini iuris sunt, vel iuris quodammodo diuini,

Quæ diuini iuris sunt, aut Dei cultum continent, aut quæ ad ipsum pertinent.

Cultus Dei quatuor continet, Fidem, Spem, Charitatem, & Sacramentorum vsum.

Incipit à Fide, quæ iubet in Deum trinum credere.

De summa Trinitate, & fide catholica. Dec. lib. 1. tit. 1. Sext. lib. 1. tit. 1. Cl. lib. 1. tit. 1. De consecratione Dist. 3. in 14. parte.

De spiritu sancto. De consecrat. Dist. 5. in 13. parte.

indubiè.

De summa Trinitate, & fide catholica, & vt nemo de ea publicè contendere audeat. C. lib. 1. tit 1.

[illegible]

Spe conseruatur,

Charitate augetur, cuius aliquot exempla ex diuinis præceptis proponuntur:

Nam primum præceptum inter alia iubet

Venerari crucem,

De crucis dignitate. De consecrat. Dist. 5. in 2. parte.

Nemini licere ſignũ ſaluatoris humi vel in ſilice, vel in marmore, aut inſculpere aut pingere. C.lib.1.tit.8.

& Sanctos,

De reliquijs & veneratione ſanctorũ. Dec.lib.3.tit.45. Sext.lib.3.tit.22. Cl.lib.3.tit.16. Extr.com. lib.3. tit.12.

eorúmque imagines,

De cõſecratione. Diſt.3. in 12. parte.

quatenus in ijs nihil iuri aduerſatur.

In imaginibus nihil contra canones nouandum. De conſecr. Diſt. 2. in 13. parte.

Ad ſecundum præceptum Iuſiurãdum & Votum referuntur.

IN IVRE IVRANDO *tria conſiderantur, Perſona, Res & Forma.*

Perſona, vt quiſque ſciens iuret,

Vtrum ſit peccatum recipere iuſiurandum, ſi quis dubitat. 22. qu. 1. in 3. parte.

Res duo continet.

Vnum, vt iuret verum: quamuis enim interdũ mendacium toleretur,

22. qu. 2. in 5. parte.

tamen numquam mentiendum,

22. qu. 2. in. 4. parte.

Non ſolum verbo, ſed & facto quis mentitur. 22. qu. 5. in 5. & 6. parte.

de quibuſcumque rebus agatur,

22. qu. 2. in 2. parte.

ne periurio locus ſit.

An ſit periurus, qui iurat falſum, quod putabat verum 22. qu. 2.

Alterum vt licitum iuret,

An iuramentum ſit præſtandum. 22. qu. 1.

Ideo ſeruandum eſt Iuſiurandum.

Si conſtiterit Iuramentum ſeruandum eſſe, an Epiſcopus ſit reus periurij, qui contra Iuramentum Archidiaconum ire compellit. 22. qu. 5. in 1. parte.

Illicitum enim quamuis aliquando toleretur,

22. qu. 4. in 3. parte.

non eſt ſeruandum.

Si conſtiterit eſſe illicitum, quod iurauit Archidiaconus, an ſit ſeruandum. 22. qu. 4. in 1. & 2. parte.

Forma Iuris iurandi hæc esse debet, vt nec per Deum quis iuret,

Iurare per Deum maius peccatum, quàm per Euangelia. 22. qu. 1. in 2. parte.

nec per capillos Dei,

Vt homines non iurent per capillos Dei. N. 77. coll. 6. tit. 5.

neque per dæmones.

Vtrum sit credendum ei, qni per dæmonia iurat. 22. qu. 1. in 4. parte.

VOTVM *autem duo requirit,*

Vnum, ne temerè fiat:

An vir sine consensu vxoris continentiam vouere possit. 33. qu. 5.

An reus voti teneatur, qui infirmitate grauatus se fieri velle monachum dixit, an liceat ei à proposito cordis sui discedere. 17. qu. 1.

Alterum vt factum reddatur.
Damnatorum bona interdum propinquis relinquuntur:

De capitali crimine damnatis, vt bona eorum non publicentur, sed propinquis relinquantur. N. 17. cap. 17. coll. 3. tit. 4.

interdum proscribuntur,

De bonis damnatorum. D. lib. 48. tit. 20.

De bonis proscriptorum, seu damnatorum. C. lib. 9. tit. 49.

quatenus iudici conceditur:

Ne sine iussu principis certis iudicibus liceat confiscare. C. lib. 9. tit. 48.

vt & eorum bona qui sibi ante sententiam mortem consciuerunt.

De bonis eorum, qui ante sententiam vel mortem sibi consciuerunt, vel accusatorem corruperunt. D. lib. 48. tit. 21. C. lib. 9. tit. 50.

nisi princeps restituerit,

De sententiam passis, & restitutis. D. lib. 48. tit. 23. C. lib. 9. tit. 51.

De Ivdiciis Secvndis, sev appellatoriis.

Cap. VIII.

Sententia interdum sine appellatione rescinditur.

Quæ sententiæ sine appellatione rescinduntur. D.lib 49.tit.8.

Quando prouocare non est necesse. C. lib.7.tit. 64.

vt ea, quæ à non iudice lata est,

Si à non competente iudice iudicatum esse dicatur. C. lib. 7. tit. 48.

Item ea, quæ ex falsis lata est,

Si ex falsis instrumentis vel testimoniis iudicatum sit. C. lib. 7. tit. 58.

necnon ea quæ posterior de eadem re ab eodem iudice lata est:

Sententiam rescindi non posse. C. lib.7.tit.50.

interdum non nisi appellationis beneficio,

De appellationibus & relationi-

bus. D. lib.49.tit.1.

De appellationibus & consultationibus. C.lib.7.tit.62.

quæ non semper admittitur:

De appellationibus recipiendis, vel non. D lib.49.tit 5.

Quorum appellationes non recipiuntur. C.lib.7.tit.65.

De appellationibus, & ne cui eas recipere non liceat. N.82.cap.12.coll. 6. tit.10.

aliquando enim reijcitur ex persona iudicis, à quo appellatur,

A quibus appellare non licet. D. lib. 49. tit.2.

De sententiis præfectorum prætorio. C. lib. 7.tit.42.

De retractationibus sententiarum præfecti prætorio. N.119.cap.5.coll. 9. tit 2.

aliquando ex persona appellatoris, qui sæpius appellauit,

Ne liceat in vna eadémque causa tertiò prouocare, vel post duas sententias iudicum, quas definitio præfectorum roborauerit, eas retractare. C.lib.7.tit.70.

nonnunquam ex re, de qua fuit pronunciatum.

Si de momentanea possessione fuerit appellatum. C. lib. 7. tit. 69.

In ea autem quæ recipitur hæc considerantur,

Iudex appellationis,

Quis & à quo appelletur. D. lib. 44. tit. 3.

De administrantibus officia in sacris appellationibus. N. 20. coll. 3. tit. 7.

De appellationibus in Ægypto, Asia, Ponto & c. N. 23. cap. 3. coll. 4. tit. 2.

Vt à spectabilibus ad illustres appelletur. N. 23. cap. 4. coll. 4. tit. 2.

Apud quem oporteat apellationes in quinque prouincijs, Caria, Cypro, Cycladibus insulis, Mysia & Scythia interpositas examinari. N. 41. coll. 10.

De appellationibus Siciliæ. N. 75. coll. 10.

De prouocationibus. N. 82. cap. 4. coll. 6. tit. 10.

Exemplum sacræ formæ de appellationibus. N. 126. coll. 10.

Ipse appellator,

Si tutor vel curator vel magistratus creatus appellauerit. D. lib. 49. tit. 10.

Si pendente appellatione mors interuenerit. D. lib. 49. tit. 13.

Si vnus ex pluribus appellauerit. C. lib. 7. tit. 68.

qui in pecuniaria, non in criminali causa per alium respondere potest,

An per alium causæ appellationum reddi possunt. D. lib. 49. tit. 9.

Tempus appellationis interponendæ,

Quando appellandum sit & intra quæ tempora. D. lib. 49. tit. 4.

De temporibus & reparationibus appellationum seu consultationum. C. lib. 7. tit. 63.

De appellationibus, & intra quæ tempora debeat appellari. N. 23. coll. 4. tit. 2.

De his, qui per metum iudicis non appellauerunt. C. lib. 7. tit. 67.

Tempus eiusdem prosequendæ,

De his, qui ingrediuntur ad appellationem &c. N. 49. coll. 5. tit. 11.

Vt imminente biennij fine appellationis causæ pertractentur. N. 49. cap. 1. coll. 5. tit. 11.

De appellationibus, vt cursum duorum mensium habeant, nulláque amplius concedatur reparatio. No. 82. cap. 6. coll. 6. tit. 10.

De apellationibus N. 93. coll. 8. tit. 2. No. 119. cap. 4. coll. 9. tit. 2.

Forma eius tractandæ.

De libellis dimissorijs, qui apostoli dicuntur. D. lib. 49. tit. 6.

Vt sola cohors præfecti prætorio ministret in eius appellationibus. N. 20. cap. 1. coll. 3. tit. 7.

Effectus appellationis.

Nihil nouari appellatione interposita. D. lib. 49. tit. 7.

Iudicium appellationis.

Vt causæ appellationum dirimantur ex ijs legibus, quæ tempore latæ sententiæ obtinebant. N. 115. cap. 1. coll. 8. tit. 12. ✝

DE IVRE HVMANO, ET PRIVATO.

LIBER III.

DE DOMINICA POTESTATE.

CAP. I.

PRIVATVM *ius Romanum est, quod ad singulorum vtilitatem pertinet.*

Hoc autem aut ad personas, aut ad res, aut ad actiones refertur.

Personarum autem ius distinguitur ex varia hominum differentia: nam homines aut sunt serui, aut liberi.

De statu hominum. D. lib. 1. tit 5.

De iure personarum. I. lib. 1. tit. 3.

De his qui ſunt ſui vel alieni Iuris. D.lib.1.tit.6.I.lib.1.tit.8.

SERVI *ſunt in domini poteſtate, quæ apparet non ſolum in perſonis ſeruorum.*

De emendatione ſeruorum. C.lib. 9. tit. 14.

ſed & in bonis, quæ ſerui acquirunt,

Per quas perſonas cuique acquiritur. I.lib.2.tit.9.

& in obligationibus, quas contrahunt.

Per quas perſonas nobis obligatio acquiritur. I.lib.3.tit.29.

Acquiritur autem multifariam, veluti

Reuocatione in ſeruitutem,

De ademptione libertatis. D. lib. 40. tit.6.

Fraudis detectione,

De colluſione detegenda. D. lib. 40. tit. 6. C.lib.7.tit.20.

Olim etiam acquirebatur in vxorem impudicam, quod ſublatum eſt,

De. S. C. Claudiano tollendo.

C. lib. 7. tit. 24.

Amittitur, vel sine manumißione:

Qui sine manumissione ad libertatem perueniunt. D. lib. 40. tit. 8.

Pro quibus causis serui pro præmio libertatem accipiunt. C. lib. 7. tit. 13.

De communi seruo manumisso. C. lib. 7. tit. 7.

Ne Christianum mancipium hæreticus, vel paganus, vel Iudæus habeat. C. lib. 1. tit. 10.

vel cum manumißione,

De manumissionibus. D. lib. 40. tit. 1.

Communia de manumissionibus. C. lib. 7. tit. 15.

non tamen omni, sed legitima.
Reprobatur enim manumißio interdum ex persona manumissoris.

De his qui à non dominis manumissi sunt. C. lib. 7. tit. 10.

interdum ex persona manumißi,

Qui & à quibus manumissi liberi non fiunt, & ad legem Æliam Sentiam. D. lib. 48. tit. 9.

Qui, & ex quibus causis manumittere non possunt. I. lib. 1. tit. 6.

Qui non possunt ad libertatem peruenire. C. lib. 7. tit. 12.

De ingenuis manumissis. C. lib. 7. tit. 14

Quibus ad libertatem proclamare non licet. C. lib. 7. tit. 18. D. lib. 40. tit. 13.

in erdum etiam ex euentu, si fraus alteri fiat.

Qui manumittere non possunt, & ne in fraudem creditorum manumittatur. C. lib. 7. tit. 11.

De seruo pignori dato manumisso. C lib. 7. tit. 8.

Quibus ex causis manumittere non licet. I lib. 1. tit 6.

Legitima autem manumißio fit pluribus modis,

De libertinis. I. lib. 1. tit. 5.

nimirum in Ecclesijs,

De his qui in Ecclesijs manumittuntur. C. lib. 1. tit. 13.

vindicta,

De manumissis vindicta. D. lib. 40. tit. 2.

De vin-

De vindicta, & apud [c]ilium manumissione. C. lib. 7. ti[t.]

testamento, idque vel dir[ecto],
vel per fidei-commissum:
Directò, siue purè,

De manumissis testamen[to.] D. lib. 40. tit. 4.

De testamentaria manumiss[io]ne. C. lib. 7. tit. 2.

Minor in testamento seruos [m]a-numittere potest. N. 119. cap. 2. [C.] l. 9. tit. 2.

siue ex die, aut conditione,

De statu liberis. D. lib. 40. tit. 7.

Per fidei-commissum,

De fidei cōmissarijs libertatibus. D. lib. 40. tit. 5. C. lib. 7. tit. 4.

sublata lege Fusia Caninia.

De lege Fusia Caninia tollenda. C. lib. 7. tit. 3. [I.] lib. 1. tit. 7.

nudo iure Quiritum,

De nudo iure Quiritum tollendo. C. lib. 7. tit. 25.

Latina libertate.

De Latina libertate tollenda, & per certos modos in ciuitatem Romanam transfusa. C. lib. 7. tit. 6.

& dedititia.

De dedititia libertate tollenda. C. lib. 7. tit. 5.

De Ivre patronatvs.

Cap. II.

Liberorum alij sunt libertini, alij ingenui.

In libertinos competit ius patronatus,

De iure patronatus. D. lib. 37. tit. 14. C. lib. 6. tit. 4.

quod apparet tum in personis libertinorum,

De obsequijs patrono præstandis. D. lib. 37. tit. 15. C. lib. 6. tit. 6. No. 78. cap. 2. coll. 6. tit. 6.

De operis libertorum. D. lib. 38. tit. 1. C. lib. 6. tit. 3.

De libertis & eorum liberis. C. lib. 6. tit. 7.

De reuerentia, & obsequio patronis à libertis præstandis. N. 78. cap. 2. coll. 6. tit. 6.

tum in bonis, quæ libertini acquirunt,

De bonis libertorum. D. lib. 38. tit. 2. C. lib. 6. tit. 4.

De peculio eius, qui libertatem meruit. C. lib. 7. tit. 23.

De successione libertorum. I. lib. 3. tit. 8.

Acquiritur autem non solum legitima manumissione, de qua supra: sed & assignatione,

De assignandis libertis. D. lib. 38. tit. 4.

De assignatione libertorum. I. lib. 3. tit. 9.

Amittitur verò his modis,

Impetratione iuris aureorum anulorum, &

Natalium restitutione,

De iure aureorum anulorum. D. lib. 40. tit. 10.

De iure aureorum anulorum omnibus libertis generaliter concesso. N. 78. cap. 1. coll. 6. tit. 6.

De iure aureorum anulorum, & de natalibus restituendis. C. lib. 6. tit. 8.

Vt liberti de cætero aureo non indigeant anulo. N. 78. coll. 6. tit. 6.

De natalibus restituendis. D. lib. 40. tit. 11.

DE PATRIA POTESTATE.

CAP. III.

Ingenui dicuntur, qui ex libera nati sunt.

De ingenuis. I. lib. 1. tit. 4.

De natis ex libero ventre. D. lib. 4. tit. 10.

Constitutionem, quæ ex ascriptitio & libera natos liberos esse vult, non ijs, qui ante constitutionem nati sunt, sed qui post constitutionem, prodesse. N. 54 coll. 5. tit. 7.

Vt natus ex ascriptitio & libera sit liber. N. 54. cap. 1. coll. 5. tit. 7.

Sacra forma trāsmissa &c. N. 162. cap. 2. coll. 10.

Hi vel in patria potestate sunt, vel in tutela, vel in curatione.

In patris potestate sunt liberi,

De patria potestate. C. lib. 8. tit. 47. I. lib. 1. tit. 9.

Quæ quidem apparet tum in personis,

Tenentur enim liberi alere parentes,

De alendis liberis ac parentibus. C. lib. 5. tit. 25. D. lib. 25. tit. 3.

& eis obsequi,

De obsequijs parentibus præstandis. D. lib. 37. tit. 15.

alioqui emendantur.

De emendatione propinquorum. C. lib. 9. tit. 15.

tum in bonis liberorum,

De bonis, quæ liberis in potestate constitutis ex matrimonio vel aliter acquiruntur, & eorum administratione. C. lib. 6. tit. 61.

nisi aliter cautum sit,

Si quis filium fam. hæredem instituerit, vt pater ipsius vsumfructũ hæreditatis non habeat. N. 117. cap. 1. coll. 8. tit. 13.

Acquiritur autem tribus modis,

1. *Iustis nuptijs, de quibus inter contractus dicetur.*

2. *Legitimatione, quæ fit non per adoptionem,*

Vt per adoptionem filij natu-

rales non legitimantur. N. 74. cap. 3. coll. 6. tit. 1.

sed testamento.

De legitimatione ex testamento. N. 74. cap. 2. coll. 6. tit. 1.

curiæ datione,

De primo legitimationis modo per curiæ dationem. N. 89. cap. 1. coll. 7. tit. 1.

dotali instrumento,

De secundo legitimationis modo per dotalia instrumenta. No. 89. cap. 2. coll. 7. tit. 1.

De naturalibus liberis ante dotalia instrumenta natis. No. 12. cap. 3. coll. 2. tit. 6.

De filijs ante dotalia instrumenmenta natis. N. 19. coll. 3. tit. 6.

principis rescripto.

De tertio modo legitimationis per principis rescriptum. No. 89. cap. 3. coll. 7. tit. 1.

filij nominatione,

De eo, qui in aliquo instrumento nominatus est filius. N. 117. cap. 2. coll. 8. tit. 13.

& alijs pluribus modis,

De naturalibus liberis & matribus eorum, & ex quibus causis iusti efficiantur. C. lib. 5. tit. 27.

Quibus modis naturales efficiantur sui, & de eorum ex testamento, siue ab intestato successione. N. 89. coll. 7. tit. 1.

Quibus modis naturales filij efficiantur legitimi, & sui, supra illos modos, qui in superioribus constitutionibus continentur. N. 74. coll. 6. tit. 1.

3. *Adoptione,*

De adoptionibus. I. lib. 1. tit. 11. D. lib. 1. tit. 7. C. lib. 8. tit. 48.

Amittitur hæc potestas varijs modis,

Quibus modis ius patriæ potestatis soluitur. I. lib. 1. tit. 12.

veluti emancipatione,

De emancipationibus liberorum. C. lib. 8. tit. 49. D. lib. 1. tit. 7.

redẽptione ex hostibus ab alio facta,

De postliminio reuersis, & redemptis ab hostibus. C. lib. 8. tit. 51.

De captiuis & postliminio reuersis, & redemptis ab hostibus. D. lib. 49. tit. 15.

liberorum proiectione,

De infantibus expositis liberis & seruis, & de his, qui sanguinolentos emptos vel nutriendos acceperunt. C. lib. 8. tit. 52.

filij dignitate,

Constitutio quæ dignitatibus & Episcopatu filium liberat à patria potestate. N. 81. coll. 6. tit. 9.

Vt per Episcopatum liberetur filius patria potestate. N. 81. cap. 3. coll. 6. tit. 9.

Vt liberati per dignitatem patria potestate legitima iura intacta habeant. N. 81. cap. 2. coll. 6. tit. 9.

sublato iure liberorum,

De iure liberorum. C. lib. 8. tit. 59.

De tvtelis.

Cap. IIII.

In tutela sunt impuberes.

De tutelis. D. lib. 26. tit. 1. I. lib. 1. tit. 13.

cuius variæ species,

nam omnis tutor datur,

aut à testatore,

De testamentaria tutela. D. lib.

26. tit. 2. C. lib. 25. tit. 28.

Qui testamento tutores dari possunt. I. lib. 1. tit. 14.

& eiusmodi tutor interdum indiget confirmatione:

De confirmando tutore. D. lib. 26. tit. 3. C. lib. 5. tit. 29.

aut à lege,

De legitimis tutoribus. D. lib. 26. tit. 4.

De legitima tutela. C. lib. 5. tit. 30.

veluti pater, mater, auia,

De legitima parentum tutela. I. lib. 1. tit. 18.

De legitima tutela liberorum, & de matre & auia. N. 118. cap. 5. coll. 9. tit. 1.

frater,

De fiduciaria tutela. I. lib. 1. tit. 19.

agnatus,

De legitima agnatorum tutela. I. lib. 1. tit. 15.

patronus:

De legitima patronorum tutela. I. lib. 1. tit. 17.

aut à Prætore,

& hic tutor plerumque petitur,

Qui petant tutores. D. lib. 26. tit. 6. C. lib. 5. tit. 31.

non vbique tamen,

Vbi petantur tutores. D. lib. 26. tit. 6. C. lib. 5. tit. 32.

nec ab omnibus,

De tutoribus datis ab his, qui ius dandi habent, & qui, & in quibus causis specialiter dari possunt. D. lib. 26. tit. 5.

Qui dare tutores possunt. C. lib. 5. tit. 34.

De Attiliano tutore, & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur. I. lib. 1. tit. 20.

Datur autem non quilibet,

Qui tutores dari non possunt. C. lib. 5. tit. 34.

Qui tutores pupillo esse non possunt. N. 72. tit. 2.

De tutoribus illustrium vel clarissimarum personarum C. lib. 5. tit. 33.

Quando mulier tutelæ officio fungi potest. C. lib. 5. tit. 35.

Si contra matris voluntatem tutor datus sit. C. lib. 5. tit. 47.

De presbyteris, & diaconis, & subdiaconis, cognationis iure ad tutelam vocatis. N. 123. cap. 5. coll. 9. tit. 15.

Vt hi qui obligatas se habere perhibent res minorum & c. N. 72. coll. 6. tit. 2.

nec omni pupillo tutorem habenti, nisi in certis causis,

In quibus casibus tutorem habenti tutor dari potest. C. lib. 5. tit. 36.

De in litem dando tutore. C. lib. 5. tit. 44.

Datus autem tutor, si tutelæ onus respuit.

Primum excusationem habere debet,

De excusationibus tutorum. D. lib. 27. tit. 1. I. lib. 1. tit. 25. lib. 5. tit. 62.

& veram,

Si tutuor falsis allegationibus excusatus sit. C. lib. 5. tit. 63.

Quæ ducitur, vel ab ipso tutore, vel à pupillo.

A tutore, cum se excusandum dicit, aut propter numerum liberorum:

Qui numero liberorum se excusant. C. lib. 5. tit. 66.

aut propter alias occupationes, easque siue publicas,

Si tutor vel curator Reip. causa aberit. lib. 5. tit. 64.

De excusationibus veteranorum. C. lib. 5. tit. 65.

siue priuatas:

Qui numero tutelarum. C. lib. 5. tit. 69.

aut propter incapacitatem, vt quia valetudinarius est.

Qui morbo. C. lib. 5. tit. 67.

Quia annosus,

Qui ætate. C. lib. 5. tit. 68.

A pupillo, veluti si creditor est pupilli,

Vt à tutela nullus debiti pretextu excusetur, nisi hoc probauerit. N. 72. cap. 3. coll. 6. tit. 2.

Si tutor vel curator, se debitorem vel creditorem esse ab initio tacue-

tit. N. 72. cap. 4. coll. 6. tit. 2.

nisi sit mater,

Vt ſine prohibitione matres debitrices & creditrices tutelam gerant minorum, neque Iuſiurandum præſtent, quod non venient ad ſecunda vota. N. 94. coll. 7. tit. 4.

Deinde excuſationem intra certum tempus proponere,

De excuſationum temporibus. C. lib. 5. tit. 62.

Quod ſi tutelam ſuſcipit, debet

1. *Satiſdare,*

De ſatiſdatione tutorum. I. lib. 1. tit. 24.

De tutore qui ſatis non dedit. C. lib. 5. tit. 42.

2. *Pupillum educare,*

De alimentis pupillo præſtandis. C. lib. 5 tit. 50. D. lib. 27. tit. 2.

Vbi pupilli educari debeant. C. lib. 5. tit. 49.

Vbi pupillus morari, et educari debeat, & de alimentis et præſtandis. D. lib. 27. tit. 2.

3. *Eius bona adminiſtrare,*

De administratione tutorum, & de pecunia pupillari fœneranda, vel deponenda. C. lib. 5. tit. 37.

De administratione pecuniæ pupilli. N. 72. cap. 6. coll. 6. tit. 2.

De administratione & periculo tutorum qui gesserunt, vel non & c. D. lib. 6. tit. 7.

4. *Authoritatem in certis caussis interponere,*

De authoritate tutorum. I. lib. 1. tit. 21.

De authoritate & consensu tutorum. D. lib. 26. tit. 8.

De authoritate præstanda. C. lib. 5. tit. 59.

Quod falso tutore authore gestum esse dicatur. D. lib. 27. tit. 6.

5. *Lites persequi,*

Vt caussæ post pubertatem adsit tutor. C. lib. 5. tit 48.

6. *Actorem dare,*

De actore à tutore dando. C. lib. 5. tit. 61.

7. *Rem pupilli non sine decreto alienare,*

De rebus eorum, qui sub tutela

sunt, sine decreto non alienandis, vel supponendis. D.lib.27.tit.9.

nisi quatenus lex permittit,

Quando decreto opus non est. C. lib.5. tit.72.

8. *Cotutorem obseruare,*

De periculo tutorum. C. lib. 5. tit. 38.

9. *Rationem reddere,*

Vt matres etiam tutelæ rationibus obnoxiæ sint. N.155. coll. 10.

cum tutela finita est,

Quibus modis tutela finitur. I. lib. 1. tit. 22.

Quando tutores esse desinunt. C. lib.5. tit.60.

DE CVRATIONE.

CAP. V.

Curatorum variæ species,

De curatoribus. I. lib. 1. tit. 23.

Nam curator datur

vel à testatore, & hic confirmandus est,

De confirmando curatore. D.

lib. 26. tit. 23. C. lib. 5. tit. 29.

vel à lege, vt agnatus agnato suo furioso,

De curatoribus furioso & alijs extra minores dandis. D. lib. 27. tit. 10.

De curatore furiosi vel prodigi. C. lib. 5. tit. 70.

vel à magistratu;

& hic plerunque petitur

Qui petant curatores. D. lib. 26. tit. 6. C. lib. 5. tit. 31.

non vbique tamen,

Vbi petantur curatores. C. lib. 5. tit. 32. D. lib. 26. tit. 6.

nec ab omni magistratu,

De curatoribus datis ab his, qui ius dandi habent, & in quibus causis specialiter dari possunt. D. lib. 26. tit. 5.

Datur autem non quilibet,

Qui curatores dari non possunt. C. lib. 5. tit. 34.

Qui curatores adolescenti esse non possunt. N. 72. cap. 1. coll. 6. tit. 2.

De curatoribus illustrium vel clarissimarum personarum. C. lib. 5.

tit. 33.

nec omni curatorem habenti, nisi in certis causis,

In quibus casibus curatorem habenti curator dari non potest. C.lib. 5.tit.36.

De in litem dando curatore. C.lib. 5.tit. 44.

Vt tutori qui factus est pupilli debitor aut creditor, curator adiungatur. N.72.cap.2.coll.6.tit.2.

Curator datus, si curationem abnuerit, excusationem habere debet,

De excusationibus curatorum. I. lib.1.tit.25. D.lib.27.tit.1.

& veram

Si curator falsis excusationibus excusatus sit. C.lib.5.tit.63.

quæ ex iisdem fontibus ducitur, ex quibus tutoris excusatio, & intra certum tempus proponenda est.

De excusationibus curatorum, & temporibus earum. C. lib. 5. tit. 62.

Quod si curationem agnoscit, debet satisdare,

De ſatiſdationibus curatorum. I. lib. 1. tit. 24.

De fideiuſſoribus curatorum. C. lib. 5. tit. 57.

De curatore, qui ſatis non dedit. C. lib. 5. tit. 42.

bona adminiſtrare,

De adminiſtratione curatorum. C. lib. 5. tit. 37.

De adminiſtratione pecuniæ minorum. N. 72. cap. 6. coll. 6. tit. 2.

De adminiſtratione & periculo curatorum, qui geſſerunt, vel non. D. lib. 26. tit. 7.

Vt curatores nullo modo ceſſiones ſuſcipiant aduerſus minores. N. 72. cap. 5. coll. 6. tit. 2.

authoritatem interponere,

De authoritate & conſenſu curatorum. D. lib. 26. tit. 8.

actorem dare,

De actore à curatore dando. C. lib. 5. tit. 61.

rem minoris non ſine decreto alienare,

De prædiis & aliis rebus minorum ſine decreto non alienandis, vel obli-

gandis. C.lib.5.tit.71.

De rebus eorum, qui ſub cura ſunt, ſine decreto non alienandis, vel ſupponendis. D.lib.27.tit.8.

concuratorem obſeruare,

De periculo curatorum. C. lib. 5. tit. 38.

& rationem finita curatione reddere,

Quando curatores eſſe deſinunt. C. lib.5. tit.60.

DE REBVS, ET PRIMVM DE DOMINIIS RERVM CORPORALIVM.

CAP. VI.

Res, quantum ad ius priuatum attinet, diſtinguntur in Dominia & Obligationes.

In dominijs acquirendis conſiderantur tum perſonæ,

Per quas perſonas nobis acquiratur. C.lib. 4.tit.27.

tum modi acquirendi, qui ex varia rerum differentia notantur.

nam aut sunt corporales, aut incorporales;

De rebus corporalibus & incorporalibus. I. lib. 2. tit. 2.

Corporales acquiruntur

aut Iure gentium,

De diuisione rerum & qualitate. D. lib. 1. tit. 8.

De rerum diuisione & acquirendo earum dominio. I. lib. 2. tit. 1.

De acquirendo rerum dominio. D. lib. 41. tit. 1.

veluti occupatione,

De thesauris. C. lib. 10. tit. 15.

& accessione:

De alluuionibus. C. lib. 7. tit. 41.

aut iure ciuili, vt

Vsucapione & Præscriptione,

De vsucapionibus, & longi temporis præscriptionibus. I. lib. 2. tit. 6.

De vsurpationibus & vsucapionibus. D. lib. 41. tit. 3.

In qua requiruntur quinque,

1. Res vsucapioni apta,

Ne rei dominicæ vel templorum vindicatio temporis præscriptione submoueatur. C. lib. 7. tit. 38.

An præſcriptione feudum acquiratur. F.lib.4.tit.87.

2. *Bona fides,*

De præſcriptionibus, ſiue, De mala fide poſſeſſoris res alienantis. No. 119.cap.7.coll.9.tit.2.

Si quis ignorans rem minoris eſſe ſine decreto comparauerit. C.lib.5. tit.73.

3. *Iuſtus titulus,*

Pro derelicto. D.lib.41.tit.8.

De vſucapione pro donato. C.lib. 7.tit.27.

Pro donato. D.lib.41.tit.7.

De vſucapione pro hærede. C. lib.7.tit.29.

Pro hærede, vel pro poſſeſſore. D lib.41.tit.6.

Pro legato. D.lib.41.tit.9.

De vſucapione pro emptore, vel tranſactione. C.lib.7.tit.26.

Pro emptore. D.lib.41.tit.5.

De vſucapione pro dote. C. lib. 7. tit.28.

Pro dote. D lib.41.tit.10.

Pro ſoluto. D. lib. 41.tit.4.

Pro ſuo. D.lib.41.tit.11.

4. *Possessio,*

De acquirenda & retinenda possessione. C. lib. 7. tit. 32.

De acquirenda vel amittenda possessione. D. lib. 4. tit. 2.

Communia de vsucapionibus. C. lib. 7. tit. 30.

5. *Tempus,*

De quadriennij præscriptione. C. lib. 7. tit. 37.

De præscriptione longi temporis decem vel viginti annorum. C. lib. 7. tit. 33.

De absentibus & præsentibus in decennij præscriptione, N. 119. cap. 8. coll. 9. tit. 2.

De præscriptione triginta vel quadraginta annorum. C. lib. 7. tit. 39.

De longi temporis præscriptione, quæ pro libertate, & non aduersus libertatem opponitur. C. lib. 7. tit. 22.

De diuersis & temporalibus præscriptionibus, & de accessionibus possessionum. D. lib. 44. tit. 3.

De annali exceptione Italici contractus tollenda, & de diuersis tem-

poribus, exceptionibus, præscriptionibus, & interruptionibus earum. C. lib. 7. tit. 40.

sublata differentia rerum mancipi, & nec mancipi.

De vsucapione transformanda, & sublata differentia rerum mancipi & nec mancipi. C. lib. 7. tit. 31.

Donatione,

De donationibus. D. lib. 39. tit. 5. C. lib. 8. tit. 54. I. lib. 2. tit. 7.

quæ fit vel inter viuos,

Idque siue purè, siue ex die, siue sub conditione,

De donationibus quæ sub modo, vel conditione, vel certo tempore cōficiuntur. C. lib. 8. tit. 55.

& hæc interdum sine insinuatione valet,

Vt donationes Imperatori à priuato homine factæ, non egeant insinuatione. N. 52. cap. 2. coll. 5. tit. 5.

vel causa mortis,

De mortis causa donationibus & capionibus. D. lib. 39. tit. 6.

De donationibus causa mortis. C. lib. 5. tit. 57.

De infirmandis pænis cælibatus & orbitatis & decimariis ſublatis. C. lib.8.tit.58.

& hæc reuocatoria eſt,

De reuocandis donationibus. C. lib.8. tit.56.

De dominiis rerum incorporalium, et de servitutibus.

Cap VII.

Incorporalium rerum aliæ ſingulares, aliæ vniuerſales,

Singulares, vt ſeruitutes,

Quæ aut reales ſunt, aut perſonales.

De ſeruitutibus. D. lib.8.tit.1.

Reales vel vrbanorum prædiorum ſunt,

De ſeruitutibus vrbanorum prædiorum. D. lib.8. tit. 2.

vel ruſticorum,

De ſeruitutibus prædiorum ruſticorum. D. lib.8.tit.3.

De ſeruitutibus ruſticorum & vrbanorum

bonorum prædiorum. I. lib.2.tit.3.

Communia prædiorum tam vrbanorum, quam rusticorum. D. lib.8. tit. 4.

De seruitutibus & aqua. C. lib. 3. tit. 34.

De aqua quotidiana & æstiua. D. lib.43. tit.20.

De riuis. D.lib.43.tit.21.

De fonte. D.lib.43.tit.22.

De cloacis. D.lib.43.tit.23.

De itinere actúque priuato. D.lib. 43. tit. 19.

quæ ex variis causis amittuntur:

Quemadmodum seruitutes amittuntur. D.lib.8.tit.6.

Personalium seruitutum species. 3.

1. Vsusfructus,

De vsufructu. I.lib.2. tit.4. C.lib.3. tit.33.

De vsufructu, & quemadmodum quis vtatur fruatur. D.lib.7.tit.1.

qui constituitur etiam in homine:

De operis seruorum. D.lib.7.tit.7. C.lib.3.tit.33.

item in iis rebus quæ vsu consumuntur,

De vsufructu earum rerum, quæ vsu consumuntur, vel minuuntur. D. lib. 7. tit. 5.

cautione tamen adhibita,

Vsufructuarius quemadmodum caueat. D. lib. 7. tit. 9.

aliquando ex die,

Quando dies vsusfructus legati cedit. D. lib. 7. tit. 3.

Amittitur ex variis causis,

Quibus modis vsusfructus amittatur. D. lib. 7. tit. 4.

2. *Vsus* &

3. *Habitatio.*

De vsu & habitatione. I. lib. 2. tit. 5. D. lib. 7. tit. 8. C. lib. 3. tit. 33.

De Hæreditate.

Cap. VIII.

Vniuersales res acquiruntur quinque modis, Hæreditate. Bonorum possessione, Accretione, Arrogatione, Bonorum addictione: nam alij modi sublati sunt.

De successionibus sublatis, quæ fiebant per bonorum venditiones, & ex S. C. Claudiano. I. lib. 3. tit. 13.

In hæreditate duo quæruntur,
Quibus modis defertur, &
Delata quibus modis acquiritur:
Defertur vel à testato, vel ab intestato,
A testato bifariam, testamento, & codicillis,
De testamento agitur duobus modis, nempe de eo constituendo, vel de eo infirmando.
In testamenti constitutione tria considerantur.
1. Personæ, cum quibus testamenti factio est.
2. Dispositio bonorum.
3. Forma testamenti.
Personæ duæ sunt, Testator, & Hæres,
In testatore notandum multis licere testari,

Qui testamenta facere possunt, vel non. C. lib. 6. tit. 22.

De testamentis, & qui testamenta facere possunt. D. lib. 28. tit. 1.

non tamen omnibus,

Quibus non est permissum facere testamentum. I lib.2 tit.12.

veluti delinquentibus,

nisi sint milites,

De veteranorum & militum successione. D.lib.38.tit.13.

In hærede obseruantur duo,

1. *Hæredis nomen scribendum.*

De testatore non cogendo propria manu nomina hæredum scribere. N. 119. cap. 9. coll.9.tit.2.

2. *Non omnes posse institui hæredes: nam consanguinei instituendi sunt, aut exhæredandi.*

De exhæredatione liberorum. I. lib.2. tit.13.

De liberis præteritis & exhæredatis. C.lib.6.tit.28.

De posthumis hæredibus instituendis vel exhæredandis, vel præteritis. C.lib.6.tit.29.

De liberis & posthumis hæredibus instituendis, vel exhæredandis. D.lib. 28.tit.2.

Et hæc institutio si liberos spectes, vsque ad trientem aut semissem

ad minus fieri debet.

De legitima portione liberis relinquenda, id est, triente, si intra quaternarium numerum consistant: aut semisse, si quaternarium numerum excedant. N.18.cap.1. coll.3.tit.5.

Si quis vnum ex liberis suis hæredem instituerit, vel extraneam personam. N.39.cap.1,coll.4 tit.6.

De immensis donationibus in filios factis. N.92.coll.7.tit.3.

De triente & semisse. N. 18.coll.3. tit.5.

De voluntatibus parentum in distributione patrimonij facienda.N. 107. cap.1.coll.8.tit.3.

Vt liceat matri & auiæ, & aliis parentibus post legitimam partem. &c. N.117.coll.8.tit.13.

vel si curiales sint, vsque ad dodrantem,

Vt legitima portio filiorum curialium sit dodrans. N.18. cap.2.coll.3. tit.5.

De decurionibus, vt filiis suis decurionibus dodrantem relinquant. N. 38.coll. 10.

quæ pars minui non potest,

Si liberis suis pater nudam proprietatem, & vxori vsumfructum omnem reliquerit. N.18.cap.3.coll. 3. tit. 5.

Exhæredatio autem iustas causas requirit,

siue parentes testentur,

Quæ sunt iustæ, exhæredationis liberorum causæ. N. 115. cap.3.coll.8. tit. 12.

siue liberi,

Quæ sint iustæ parentum exhæredationis causæ. N. 115. cap.4. coll.8. tit. 14.

Post consanguineos extranei institui possunt,

De hæredibus instituendis. I. lib. 2.tit.14.D.lib.28.tit.5.

De hæredibus instituendis, & quæ personæ institui non possunt. C.lib. 6.tit. 24.

De necessariis seruis hæredibus instituendis, vel substituendis.C.lib.6. tit.27.

Inter quos tamen aliquid interest,

De hæredum qualitate & differen-

tia. I. lib. 2. tit. 19.

Quod si testator libertus sit, aliud quid obseruatur.

De successione libertorum. I. lib. 3. tit. 8.

Dispositio bonorum in testamento vel generalis, vel particularis. Generalis variè distinguitur, nam si ad personas refertur, aut directa, aut fidei-commissaria dicitur,

Directa fit vel instituendo duntaxat, vel etiam substituendo.

De impuberum & aliis substitutionibus. C. lib. 6. tit. 26.

De pupillari substitutione. I. lib. 2. tit. 16.

De vulgari & pupillari substitutione. D. lib. 26. tit. 6.

De vulgari substitutione. I. lib. 2. tit. 15.

De restitutione fidei-commissi & nomine familiæ quod vsque ad quartum gradum locum habet, & quod familiæ nomine nurus etiam continetur. N. 159. coll. 9. tit. 8.

Fidei-commissaria restituitur,

De his qui ante apertas tabulas hæreditatem transmittũt. C.lib.6.tit.51.

De restitutionibus. N. 108. coll.8. tit. 4.

detracta quarta,

De fidei-commissariis hæreditatibus, & ad S. C. Trebellianum. I.lib.2. tit.23.

Ad S.C.Trebellianum, & de incertis personis. C.lib.6.tit.48.

Ad S. C. Trebellianum. D. lib. 36. tit. 1.

si conditio fidei-commissi extat.

Conditionem nuptiarum vel liberorum non extare, si quis monasterium ingrediatur. N.123. cap.37. coll. 9.tit.15.

Vnde fit, vt vltra quartam diminui non possit, nisi ex certis causis,

De restitutionibus, & ea quæ parit. N.39. coll.4.tit.6.

Sin autem ad verba disponentia refertur, tunc dicitur fieri, aut purè aut sub conditione,

De conditionibus institutionum. D.lib. 28.tit.7.

De institutionibus, & substitutionibus, & restitutionibus sub conditione factis. C.lib.6.tit.25.

De Legatis.

Cap. IX.

Particularis dispositio legatum dicitur,

Quod vel directum est.

De legatis. I.lib. 2.tit. 20. C.lib.6. tit.37.

vel obliquum,

De singulis rebus per fidei-commissum relictis. I. lib. 2.tit.24.

De fidei-commissis. C.lib.6.tit.42.

Quæ duæ species in multis cõueniũt

Communia de legatis & fidei-commissis. C. lib.6 tit.43.

De legatis & fidei-commissis. D. lib.30.31.32.

siue de acquirendo, siue de amittendo legato agitur.

In legato acquirendo tria considerantur,

1. Legatarius, cui etiam incerto relinqui potest.

De incertis personis. in prætermiss. lib. 6.C.

2. *Id quod legatur, quod vel corporale est,*

De tritico vino & oleo legato. D. lib.33. tit.6.

De alimentis, vel cibariis legatis. D. lib.34. tit.1.

De penu legata. D. lib.33. tit.9.

De auro, argento, mundo, ornamentis, vnguentis, veste, vel vestimentis & statuis legatis. D. lib. 34. tit.2.

De instructo, vel instrumento legato. D. lib.33. tit.7.

De supellectile legata. D. lib. 33. tit.10.

vel incorporale,

De seruitute legata. D. lib. 33. tit.3.

De vsu & vsufructu, & reditu, & habitatione, & operis per legatum vel fideicommissum datis. D. lib. 33. tit.2.

De peculio legato. D. lib. 33. tit.8.

De dote prælegata. D. lib.33. tit.4.

De optione vel electione legata. D. lib. 33. tit. 5.

De liberatione legata. D. lib. 34. tit. 3.

Cuiuscunque generis sit, legitimum modum excedere non debet, alioqui legi Falcidiæ locus est.

De lege Falcidia. I. lib. 2. tit. 22.

De hæredibus & Falcidia. N. 1. cap. 2. coll. 1. tit. 1.

Ad legem Falcidiam. C. lib. 6. tit. 49. D. lib. 35. tit. 2.

Si cui plus, quàm per legem Falcidiam licuerit, legetur. D. lib. 35. tit. 3.

nisi in rebus alienari prohibitis,

De lege Falcidia in rebus alienari prohibitis cessante. N. 119. cap. 11. coll. 9. tit. 2.

vel in legatis ad pias causas,

Vt in piis legatis cesset Falcidia N. 131. cap. 9. coll. 9. tit. 6.

vel si ex pluribus legatis hæres vnum integrum soluerit.

De legatorum exæquatione. N. 1. cap. 3. coll. 1. tit. 1.

Forma legandi interdum cohæret verbis disponentibus, & ita legatum fit, aut purè:

De annuis legatis & fidei-commissis. D. lib. 33. tit. 1.

aut in diem,

Quando dies legatorum vel fidei-commissorum cedit. D. lib. 36. tit. 2.

Quando dies legati vel fidei-commissi cedit. C. lib. 6. tit. 52.

aut sub conditione:

De conditionibus & demonstrationibus & causis & modis eorum, quæ in testamento scribuntur D. lib. 35. tit. 1.

De conditionibus insertis tam legatis, quam fidei-commissis & libertatibus. C. lib. 6. tit. 46.

De his, quæ sub modo legata vel fidei-commissa relinquuntur. C. lib. 6. tit. 45.

De indicta viduitate, & de lege Iulia Miscella tollenda. C. lib. 6. tit. 40.

Si sub conditione pater vel mater legatum liberis suis reliquerit. N. 22.

cap. 21. coll. 4. tit. 1.

Si maritus ita reliquerit vxori, si ad secundas nuptias non transeat: & ad legem Iuliam Miscellam. N. 22. cap. 23. coll. 4. tit. 1.

interdum cohæret causæ, quæ si falsa est, non perimit legatum,

De falsa causa adiecta legato & fideicommisso. C. lib. 6. tit. 44.

sicut nec cùm pœnæ nomine relinquitur,

De his quæ pœnæ nomine in testamento, vel codicillis relinquuntur. C. lib. 6. tit. 41.

De his quæ pœnæ nomine relinquuntur. D. lib. 34. tit. 6.

neque cùm verbis ambiguis concipitur,

De rebus dubijs. C. lib. 34. tit. 5.

Amittitur autem legatum varijs modis, qui ducuntur,

vel à testatore,

De ademptione legatorum & translatione. I. lib. 2. tit. 21.

De adimendis & transferendis legatis vel fideicõmissis. D. lib. 34. tit. 4.

vel à legatario,

De his quæ vt indignis auferuntur. D. lib. 34. tit. 9.

De caducis tollendis. C. lib. 6. tit. 50.

vel ab vtroque,

De regula Catoniana. D. lib. 34. tit. 7.

De his quæ pro non ſcriptis habentur. D. lib. 34. tit. 8.

Poſt diſpoſitionem bonorum in teſtamento factam ſequitur teſtandi forma, quæ alia eſt in vulgari teſtamento,

De teſtamentis ordinandis. I. lib. 2. tit. 10.

De teſtamentis, & quemadmodum teſtamenta ordinentur. C. lib. 6. tit. 23. D. lib. 28. tit. 1.

De his, quæ in teſtamento delentur inducuntur, vel inſcribuntur. D. lib. 28. tit. 4.

alia in militari,

De militari teſtamento. I. lib. 2. tit. 11.

De teſtamento militis. C. lib. 6. tit. 21. D. lib. 29. tit. 1.

Infirmatur teſtamentum variè,

vt Ruptione, Irritatione,

Quibus modis testamenta infirmātur. I. lib. 2. tit. 17.

De iniusto, rupto, & irrito facto testamento. D. lib. 28. tit. 3.

Codicilli,

De codicillis. I. lib. 2. tit. 29. C. lib. 6. tit. 36.

De iure codicillorum. D. lib. 29. tit. 7.

DE INTESTATI SVCCESSIONE.

CAP. X.

Intestati successio

De hæredibus ab intestato venientibus. N. 118. coll. 9. tit. 1.

defertur secundum cognationis gradus,

De gradibus cognationum. I. lib. 3. tit. 6.

De gradibus & affinibus, & nominibus eorum. D. lib. 38. tit. 11.

vel descendentibus,

idque aut in bona patris,

De descendentium successione.

N. 118. cap. 1. coll. 9. tit. 1.

De hæreditatibus, quæ ab intestato deferuntur. I. lib. 3. tit. 1.

De hæredibus. N. 164. coll. 10.

De suis & legitimis hæredibus. D. lib. 38. tit. 17.

De suis & legitimis liberis, & ex filia nepotibus ab intestato venientibus. C. lib. 6. tit. 54.

Quemadmodum liberi ab intestato per fœmineum sexum descendẽtes succedere debeant. N. 18. chap. 4. coll. 3. tit. 5.

De muliere quæ sine dotalibus instrumentis nupsit. N. 117. cap. 3. col. 8. tit 13.

aut in bona matris.

De S. C. Orficiano. I. lib. 3. tit 4.

Ad. S. C. Orficianum. C. lib. 6. tit. 16. D. lib. 38. tit. 18.

De bonis maternis & materni generis. C. lib. 6. tit. 19.

modo sint ex iustis nuptiis procreati,

De dotalibus instrumentis non cõpositis. N. 18. cap. 5. coll. 3. tit. 5.

secus enim in naturalibus,

De concubinis, & naturalibus libe-

ris, quomodo hi ab inteſtato ſuccedant. N. 18. cap. 6. coll. 3. tit. 5.

De ſucceſſione omnium naturalium filiorũ. N. 89. cap. 4. coll. 7. tit. 1.

Vt quæ de naturalium ſucceſſione dicta ſunt ad eos referantur, qui ex certa concubina & non ex effuſa libidine creati ſint. N. 89. cap. 5. coll. 7. tit. 1.

& inceſtuoſis.

Quid inceſtuoſi filij iuris habeant in bonis patris. N. 12. cap. 2. coll. 2. tit. 6.

Vt filij ex damnato coitu nati, nec alimenta à parẽtibus conſequantur. N. 89. cap. 6. coll. 7. tit. 1.

vel aſcendentibus, vt patri

De aſcendentium ſucceſſione. N. 118. cap. 2. coll. 9. tit. 1.

& matri.

De ſenatuſconſulto Tertylliano. I. lib. 3. tit. 3.

Ad ſenatuſconſultum Tertyllianũ. D. lib. 38. tit. 18. C. lib. 6. tit. 55.

De ſucceſſione matrum in bonis filiorum pro qua parte fiat, & quomodo. N. 22. cap. 25. coll. 4. tit. 1.

De successione, si filius intestatus mortuus fuerit. N. 2. cap. 3. coll. 1. tit. 2.

vel ijs, qui ex latere veniunt.

De consanguineis & vterinis fratribus. N. 84. coll. 6. tit. 12.

De successione ex latere venientium. N. 118. cap. 3. coll. 9. tit. 1.

De legitima agnatorum successione. I. lib. 3. tit. 2.

De legitimis hæredibus. C. lib. 6. tit. 57.

De successione cognatorum. I. lib. 3. tit. 5.

De agnatorum iure in hæreditate sublato. N. 118. cap. 4. coll. 9. tit. 1.

Vt fratrum filij succedant etiam ascendentibus primi gradus extantibus. N. 127. cap. 1. coll. 9. tit. 7.

Communia de successionibus. C. lib 6. tit. 58.

Aliquando vxori,

De muliere inope indotata. N. 53. cap. 6. coll. 5. tit. 6.

Vt cum matrimonium est sine dote, & coniux superstes inops mor-

tui quartam partem accipiat. N. 117. cap. 5. coll. 8. tit. 13.

Aliquando etiam sodalitati:

De hæreditatibus decurionum, nauiculariorum, cohortalium militum & fabricensium. C. lib. 6. tit. 61.

Nunquam verò defertur ijs,
qui defunctum testari prohibuerunt,

Si quis aliquem testari prohibuerit, vel coegerit. C. lib. 6. tit. 34. D. lib. 39. tit. 6.

vel qui contumeliosè circa res defuncti se gesserunt,

De his, quibus vt indignis hæreditates auferuntur, & ad S.C. Syllanianum. C. lib. 6. tit. 35.

De S. C. Syllaniano & Claudiano, quorum testamenta ne aperiantur. D. lib. 39. tit. 5.

neque seruis, hi enim patri seruo non succedunt,

De seruili cognatione. I. lib. 3 tit. 7.

In successione feudi aliquid simile est: nam ab intestato defertur,

Filio,

De ſucceſſione feudi. F lib.1.tit.8.

De vaſſallo decrepitæ ætatis, qui feudum refutauit, vt filij inueſtirentur. F. lib. 2. tit. 14.

An mutus vel aliàs imperfectus feudum retineat. F. lib. 2. tit. 36.

De natura ſucceſſionis feudi F. lib. 2. tit 50.

niſi ex matrimonio ad morganaticam contracto natus fuerit:

De filijs natis ex matrimonio ad morganaticam contracto. F. lib. 2. tit. 29.

Filiæ,

Quemadmodum feudum ad filiam pertineat. F. lib. 1. tit. 24.

De duobus fratribus à capitaneo inueſtitis. F. lib. 2. tit. 18.

De feudo fœminæ. F. lib. 2. tit. 30.

Nepoti:

Conſtitutiones feudales D. Lotharij Imp. quas ante ianuam B. Petri in ciuitate Romana condidit, obſeruandas. F. lib. 1. tit. 18.

Fratri, ſi feudum antiquum eſt,

De beneficio fratris, & qualiter frater in beneficium fratris succedat. F. lib. 1. tit. 20.

De successione fratrum, vel gradibus succedentium in feudo. F. lib. 2. tit. 11.

secus si nouum:

De fratribus de nouo beneficio inuestitis. F. lib. 2. tit. 12.

Et agnato.

An agnatus vel filius defuncti possit retinere feudum repudiata hæreditate. F. lib. 2. tit. 45.

De eo qui fidem fecit agnato de feudo paterno. F. lib. 2. tit. 49.

Si vassallus priuetur feudo, cui deferatur. F. lib. 2. tit. 31.

Non autem extraneis.

An maritus succedit vxori in feudo fœminæ. F lib. 1. tit. 15.

De inuestitura, quam Titius accepit à Sempronio. F. lib. 2. tit. 13.

Hæreditate delata sæpius deliberandum de ea vel adeunda, vel omittenda.

De iure deliberandi. D. lib. 28. tit. 8.

Vt deliberandi ius etiam ad impuberes transmittatur. N. 158. coll. 10.

De iure deliberandi, & de adeunda, vel acquirenda hæreditate. C. lib. 6. tit. 30.

De repudianda vel abstinenda hæreditate. C. lib. 6. tit. 31.

De acquirenda vel omittenda hæreditate. D. lib. 29. tit. 2.

Quod si adeunda est ex testamento, missione in possessionem opus est,

De edicto. D. Adriani tollendo, & quemadmodum scriptus hæres in possessionem mittatur. C. lib. 6. tit. 33.

DE BONORVM POSSESSIONIBVS.

CAP. XI.

Sequitur Bonorum possessio,

De bonorum possessionibus. I. lib. 3. tit. 10. D. lib. 37. tit. 1.

quæ non datur cuilibet.

Quibus non competit bonorum possessio. D. lib. 38. tit. 14.

Cum autem datur, in ea considerantur tria, Qualitas, Ordo & Tempus.

Qualitas quidem, nam bonorum possessio vel ordinaria, vel extraordinaria.

Ordinaria vel testatorum, vel intestatorum hæreditates respicit.

Ad testatorum hæreditates referuntur hæ:

Contra tubulas, quæ datur

Vel liberis,

De bonorum possessione contra tabulas, quam prætor liberis pollicetur. C. lib. 6. tit. 12.

Si tabulæ testamenti extabunt. D. lib. 37. tit. 2.

De bonorum possessione contra tabulas. D. lib. 37. tit. 4.

De coniungendis cum emancipato liberis eius. D. lib. 37. tit. 8.

vel parenti,

Si à parente quis manumissus sit. D. lib. 37. tit. 12.

Vel patrono,

De bonorũ possessione contra tabulas liberti, quæ patronis vel liberis eorum datur. C. lib. 6. tit. 13.

Si quid in fraudem patroni factum sit. D. lib. 38. tit. 5.

Si in fraudem patroni à libertis alienatio facta est. C. lib. 6. tit. 5.

Secundum tabulas,

De bonorum possessione secundum tabulas. C. lib. 6. tit. 11. D. lib. 73. tit. 11.

De bonorum possessione ex testamento militis. D. lib. 37. tit. 13.

Ad intestatorum hæreditates pertinent hæ

Vnde liberi,

Vnde liberi. C. lib. 6. tit. 14. D. lib. 38. tit. 7.

Si tabulæ testamenti nullæ extabunt, vnde liberi. D. lib. 38. tit. 6.

Vnde legitimi,
Vnde agnati & Vnde cognati.

Vnde legitimi. D. lib. 38. tit. 8.

Vnde cognati. D. lib. 38. tit. 9.

Vnde

Vnde legitimi & Vnde cognati. C. lib. 6. tit. 15.

Vnde legitimi, & Vnde agnati. D. lib. 38. tit. 8.

Vnde vir & uxor.

Vnde vir & vxor. C. lib. 6. tit. 18. D. lib. 38. tit. 12.

Extraordinaria datur,

aut edicto,

Vt ex legibus, senatúsue consultis bonorum possessio detur. D. lib. 38. tit. 15.

aut decreto, *vt*

Carboniana,

De Carboniano edicto. C. lib. 6. tit. 17. D. lib. 37. tit. 10.

& ea quæ ventris nomine datur

De ventre in possessionem mittendo, & curatore eius. D. lib. 37. tit. 9.

Ordo petentis bonorum possessionem certus est.

Quis ordo in possessionibus seruetur D. lib. 38. tit. 16.

De successorio edicto. C. lib. 6. tit. 16. D. lib. 38. tit. 10.

vt secundi gradus parentes non admittantur, nisi primis non petentibus.

Quando non petentium partes petentibus accrescant. C. lib. 6. tit. 10.

vel repudiantibus,

De repudianda bonorum possessione. C. lib. 6. tit. 19.

Certum etiam petendi tempus præstitutum est.

Qui admitti ad bonorum possessionem possunt, & intra quod tempus. C. lib. 6. tit. 9.

nisi certis personis exceptis.

De bonorum possessione, furioso, infanti, muto, surdo, cæco competente. D. lib. 37. tit. 3.

De aliis res vniversales acqvirendi modis.

Cap. XII.

Tertius modus res vniuersales acquirendi est per Accretionem.

De vsufructu accrescendo. D. lib. 7. tit. 2. I. lib. 2. tit. 6. in fine.

Quartus per Arrogationem,

De acquisitione per arrogationē. I. lib. 3. tit. 12. ✠

DE OBLIGATIONIBVS.

CAP. XIII.

Peractis dominijs sequuntur Obligationes,

De obligationibus. I. lib. 3. tit. 14.

De obligationibus & actionibus. D. lib. 44. tit. 7. C. lib. 4. tit. 10.

De quibus aut contrahendis, aut tollendis agitur.

Quæ contrahuntur obligationes in primas aut accessorias distinguntur.

Primæ aut ex contractu sunt, aut ex quasi contractu, aut ex maleficio, aut ex quasi maleficio.

De ijs quæ ex contractu, aut ex quasi contractu sunt duo quæruntur, Quæ sunt, & Per quos acquiruntur,

Vt autem varia intelligatur earum differentia, sciendum alias nominatas, alias innominatas dici,

Nominatarum quædam fiunt ree literis, consensu.

RE

Quibus modis re contrahitur obligatio. I. lib. 3. tit. 15.

vt Mutuum,

De proxeneticis. D. lib. 50. tit. 14.

Commodatum,

De commodato. C. lib. 4. tit. 23.

Depositum,

De deposito. No. 88. coll. 6. tit. 14.

Precarium,

De precario. D. lib. 43. tit. 26.

LITERIS,

De literarum obligationibus. I. lib. 3. tit. 22.

CONSENSV,

De obligationibus ex consensu. I. lib. 3. tit. 23.

